Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0001-7

Regulae contractionum

3385

Inter duas longas regulariter [illegible]
fit contractio ut inter η et ω.

Similiter praecedente longa et sequente brevi
nulla fit regulariter contractio, nisi quod interdum
brevis post longam quasi absorbetur ut inter
η et ε.

Brevi vel ancipite praecedente et sequente longa
contractio fit in ipsam longam sequentem ut αω
εω in ω, εο in ου, εει in ει.

Anceps (ι. α. υ.) contrahitur in semetipsam, ut αα
in α, ιι in ι: α item αε in α, [illegible] in ι. [illegible]
et υα in υ. valet haec regula potissimum in 2. d[illegible]
contractorum.

Diphthongus divulsa contrahitur in semetipsam id
est in diphthongum, quod istae vocales coniunctae [illegible]
[illegible]. ut ει, [illegible], οι, οι. valet haec in 1. 3. 4. 5. 7.
contractorum.

6. Duplex εε et [illegible] sequente consonante [illegible]
η in η: sequente vero consonante in ει. diphthongum [illegible]
[illegible] vero [illegible] et non in η. sed rursus in ει, contra[illegible]

7 Duplex οο, οε, εο, οα, αο [illegible] ο contrahuntur in ου. sed αο
[illegible] contrahuntur in ω

8 Αο [illegible] contrahitur in ω: ι si adfuerit in [illegible] subscribitur,
ο vero [illegible] ut βόαοιμι, βοῷμι.

9 Αε, αει et αῃ contrahuntur in α, ι si adfuerit subscribitur

10 Οι et οη cum ι subscripto contrahuntur in οι. [illegible]
tra diphthongum impropriam contrahitur in ω. excipiuntur
tamen infinitivis [illegible].

Coniugationum notae characteristicae

| | Praesens | Fut. | Praet. |
|---|---|---|---|
| 1. | β π . φ . πτ . | ψ . | φ . |
| 2. | γ . κ . χ . κτ . | ξ . | χ . |
| 3. | δ . θ . τ . | σ . | κ |
| 4. | ζ . σσ . ττ . | σ . ξ . | κ . χ . |
| 5. | λ . μ . ν . ρ . | eadem . | κ |
| 6. | Vocal. vel diphthongus | σ | κ |

Constat [illegible] $\frac{1}{2}$ .. 18.

Zur
Gräfl. vom Hagen'schen
Majorats-Bibliothek

MÖCKERN
gehörig.
No 3385

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0004-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0005-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0007-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0010-6

Nouæ Grammatices

DESPAVTERIANAE

# ETYMOLOGIA AD FACILIOREM QVAM PRIVS IAM DENVO REDACTA METHODVM EXPLIcatur:

*Opera*

SIMONIS VERREPAEI.

*Adiuncta interpretatione Germanica eorum vocabulorum quæ vſui puerili magis conueniunt.*




COLONIAE,
EXCVDEBAT HERMANNVS HOBERG.
Anno M. D. LXXXXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0011-2

# Ad Lvdimagistros et Etymologiam Praefatio.

NE miretur fortaſſe quiſpiam, poſt Grammatices Deſpauterianæ Compendium ante ſex annos euulgatum, nos aliud tam breui temporis interuallo in lucem proferre, eius hoc loco reddendam mihi rationem exiſtimo, vt vbi Lector candidus eam cognorit, æquiore cenſura factum hoc interpretetur.

Cùm ſuperioribus annis eſſet prouincialis coacta Synodus apud Mechlinienſes, illius tum Synodi venerandi Patres exiſtimantes ad puerorum ſtudia promouenda emolumenti non parum allaturum, ſi in ſcholis omnibus vna ac eadem prælegeretur Grammatica, decreto diligenter tum cauerant ne in prouinciæ ſuæ ſcholis cuiuſquam alterius Grammaticam docerent Ludimagiſtri, quam ſoliùs redactam in Compendium Ioannes Deſpauterij, quod intelligerent, credo, hanc omnium maximè in ſcholis his Belgicis eſſe tritam: Ad hæc quod is alijs felicius præceptorum ſummam carmine complexus eſſet, eoque nomine videretur puerilibus ſtudijs prouehendis cæteris commendatior.

Verùm cùm hæc ipſa Deſpauteriana Epitome, quamuis multos iam annos ſcholas occupaſſet, non omnibus tamen ſatis probaretur, cùm alij aliud in ea vel improbarent, vel requirerent: fuere non nulli publicæ vtilitatis, & Deſpauteriani nominis ſtudioſi, qui rationem ac modum excogitarant, quo ſe pariter & Concilij decreto, & Ludimagiſtrorum votis crederent facturos ſatis: Nam illam tot iam annos vſitatem in ſcholis Deſpauterianam Grammaticam ſic refinxerunt ac renouarunt, vt ſi inſcriptionem, & verſus non nullos omiſiſſent, nullam in ea prioris libri faciem quis agnoſceret.

Hæc

Hæc igitur noua Epitome, cùm & chartæ candore, & characterum elegantia, Lectorum oculis multum blandiretur, & præter alias laudes, etiam ordinis, maiori certè quàm priùs, commoditate, non parum commendationis, ac gratiæ præ ſe ferret: principio viſa eſt multis omnium commodiſſima, quæ vel ſola enarranda pueris proponeretur.

Sed cùm poſt primam illam nouitatis gratiam iam pœnè exutam, feruens Lectorum ardor nō nihil refrigeſceret, cœperunt non nullis, alijs aliæ Latinæ Grammaticę præceptiones magis arridere, quę res mihi anſam obtulit, vt etiam ipſe ſubinde meditarer nactus tempus è negotijs vacuū: nouum aliquod iſtius Diſpauterianæ Epitomes præbere ſpecimen: Sed multis negotijs tum implicatus, iſtud primum ex menſe in menſem: ac tandem ex anno in annum ſic reieci, vt nihil vnquam huiuſmodi auſpicaturus videret, niſi me aliæ rationes huc impuliſſent.

Earum hæc prima, quòd perſpiciebam iſtius nouę Deſpauterianæ Epitomes partem longè maximam ex Grammatica noſtra deſumtam eſſe, vt laboris quàm minimum in hoc opere ſubeundum mihi conſiderem.

Acceſſiſſet deinde, quòd me amici non nulli ſæpius eſſent cohortati, vt Grammaticæ præceptionibus ſuperioribus annis à nobis in lucem emiſſis, in ſubſidium memorię puerilis, etiam verſus præfigerem. quòd id præceptoribus gratum, ipſiſque iuuentuti vtiliſſimum fore exiſtimarent.

Addam poſtremò, admonitum me nuper à viro quodam vt excellenti eruditione, ita & ſumma auctoritate præditos vt Grammaticam noſtram quam proximè poſſem, ad Deſpauterianam accommodarem: Cuius literæ cùm me non parum commouerent, & ſuperioris anni furioſa Martis rabies nos his ſedibus exturbatos aliò profugere compuliſſet, inopinato hoc caſu nactus tum foris plus temporis, ac otij, quam prius in Muſeo noſtro Thaborino, vt præſentis calamitatis tædium fallerem, cœpi tandem admouere manum operi, & inter horrida illa bombardarum tonitrua, etiam militibus non nunquam vndiquaque cinctus, non deſtiti

hoc opus vrgère; donec priores aliquot libros iam abſoluiſſem.

Commemorare hoc loco poſſem, quantæ hinc commoditates tirũculis acceſſerint, dum ſuperuácanea, multa ex hoc opere remoui, obſcurius dicta illuſtraui, & dilucidiora reddidi, omiſſa non nulla ex doctiſsimorum ſcriptis huc trãſtuli. Deniq; dum Verſus & Proſam in eam redegi formã ac methodum, quam primæ & rudiori ætati, ſtudijſque ipſis puerilibus, ſperabam quam maximè forem congruentèm.

Sed malo hanc cenſuram ad eos referre, qui in re litteraria & puerili inſtitutione bene exercitati, hanc methodum nouam cum illa priore diligenter & accuratè conferent, quorũ iudicio, quicquid hic induſtriæ, laboris, ac ſtudij, à nobis ſuſceptum eſt, vel approbandum, vel improbandũ committo.

Vnum tamen eſt, quod hic taciti præterire nequeamus. Adiecimus paſsim varias his pręceptis Annotationes characteribus paulò minoribus à commentario ſeiunctas. In quibus quid ipſi ſpectauerimus, liber hoc loco paucis verbis aperire, ſperamuſque, hoc quicquid eſt operis, tum rei litterariæ ſtudioſis magno viui futurum, tum etiam intelligenti lectori non fore ingratum.

Ad docentis induſtriam ſpectat, vt diligenter conſideret ingenij cuiuſq; capacitatem, ne rudes videlicet aut ingenij hebetioris tirũculos grauioribus oneret, quàm infirmiores adhuc ingenij vires queant vel ferre, vel intelligendo aſſequi, ſed difficiliora omnia, quæque maioris ſunt roboris, ac temporis proinde poſterioris, prima libri prælectione tranſiliat, donec huius artis præcepta, maximè omnium neceſſaria, fuerint bene cognita, frequentique tum repetitione, tũ diſputatione confirmata.

Ac tum demum explicet ea quæ ſubtilioris ſunt conſiderationis, & propter imbecillam puerorum ætatem initio nõ ſatis percipi potuerunt: Nec tamen fortaſsis hæc omnia, ſed quæ videbuntur cuiuſque ſtudijs magis vtilia, aut neceſſaria.

Videmus enim non omnes latini ſermonis ſtudioſos ſublimioribus Academiarum ſtudijs eruditi, cùm eorum pa-

pars maxima mediocri Latini ſermonis c
parta, applicetur vel opificio mechanico
caturæ, pars aulis principum, non nulli curiæ
certe alicui alteri vitæ generi, in quo mediocris
linguæ ſcientia ſufficiat.

His igitur omnibus nihil opus fuerit illa ſubtil
artis præcepta, & ab vſu quotidiano lõgius remot
labore inculcare: ſed ijs magis conſultum fuerit,
ptiones neceſſarias iam bene cognitas, dare ſe
Scriptorum lectioni, Oratorum potiſsimum &
rum.

Sunt alij, qui vel aperiendis ſcholis, & i
iuuentuti, aut alioqui ſublimioribus & Aca
rum diſciplinis educantur, quibus ob id n
artes Grammaticæ ſuppellectile
bitarit. Horum igitur commo
Annotationibus iſtis expi

Oportet igitur in his præ
liora cæteris magiſque di
ſtrare, eademq; perſpi
enim futurum eſt, vt ſi
ſita, & diſcant libentius

Iſtius Lectorem beneuol
fortaſsis, quo Annotationes iſtæ cõ
nibus omnes ſine vllo delectu prælege
quam nihil neceſſarias aſpernetur om
valete viri humaniſsimi, & conatum hu
conſulite Mechliniæ in Muſeo noſtro Thaborino
Kal. Octob. Anno ſalutis per Chriſtum teſtitutæ Mille
Quingenteſimo, Septuageſimo ſeptimo.

*Veſtri cupidiſsimus & ſtudioſiſsimus.*

Simon Verrepæus.

# MA EORVM
## HOC LIBRO SECVNDO CONTINENTVR.

*partes Orationis præcipuæ ſunt Nomen & Verbũ,*
*rfecta orationis ſententia abſolui non poteſt. De*
*ur & Verbo hoc libro Secundo potiſsimùm age-*
*tinem, tum diuiſionem, quiuis facilè ex hoc*
*iſmo perſpicere & intelligere poterit.*

## I SECVNDI SCHE- SMVS.

*nificatione,* }
*minatione,* } Cap. I.
*itate.* }

*na.* *io* { *naloga,* / *Anomala,* } Cap. 2.
{ *Elliptica.* } Cap. 3.

*Comparatio* { *Analoga,* / *Anomala,* / *Elliptica.* } Cap. 4.

*gia docetur*

*Verborum* { *Præteritum & Supinum.* Cap. 5.
{ *Anomalia,* / *Ellipſis,* / *Forma, ſeu Species.* } Cap. 6.

CA-

# ·CAPVT· I.

## DE NOMINVM GENERIBVS.

Nominis ipſa Genus, vel Significatio monſtrat:
Vel pars Finalis; veterum vel ſcripta Virorum.

*Senſus eſt:* Genera nominum tribus modis cognoſcuntur, Significatione, Terminatione, & Auctoritate.

I. Significatione, *in regulis Generalibus: vt* hic Moſa, *quia fluuiorum nomina ſunt Maſculina.*

II. Terminatione, *in regulis ſpecialibus: vt* hæc Menſa, tiſch/ *quia in* A *finita ſunt Fœminina.*

III. Auctoritate, *id eſt, idoneo Scriptoris veteris exemplo. Sic* Talpa, maulwurff/ *cognoſcitur aliquando Maſculinum hoc exemplo Virgilij,* Talpæ oculis capti.

## REGVLAE GENERALES.

### MASCVLINA.

I. Omne viro ſoli quod conuenit eſto virile,

Maſculina ſunt omnia Nomina quæ ſolis viris ſiue maribus tribuuntur, aut ſimilitudine quadam viros referunt.

*Exempla regulæ ſunt duplicia* { Propria. *&* Appellatiua. }

*propria ſunt quintuplicia.*

*I. Propria Virorum.*

Petrus, Ioannes, Catilina, Dinacium, & Orpheus.

*II. Angelorum.*

Vt Gabriel, Michael, licet hoc proferre Michael.

*III. Deorum.*

Mammôna & Bacchus, Pluto, Saturnus, Apollo.

*IIII. Dæmonum.*

Lucifer, Aſtaroth, cum Beelzebub, Leuiathan.

*V. Propria Brutorum.*

Agrus, Hylaxque, *Canum*; Pyrois, Eôus, *Equorum.*

*Appellatiua, ſunt duplicia.*

*I. Maſculina ſunt Appellatiua, quæ natura: vel ratione officij ſolis viris tribuuntur.*

vatter/ vatters/ bruder/ ſchwäher/ tochtermann/

Sint pater, & patrius, ſocer atque gener, tibi teſtes.

rentmeiſter/ bawmeiſter/ hencker/ burgermeiſter/

Quæſtor, & ædilis, lictor, cum conſule, prætor.

*II. Maſculina ſunt Appellatiua Brutorum Maſculini ſexus:*

Maialis, verres, Eber/ veruex, hammel/ aries, widder/ caper, geiß/ hircus, bock.

II. Maſculei generis ſunt Venti, Flumina, Menſes.

Nomina Ventorum, Fluuiorum, & Menſium, ſunt generis Maſculini.

I. *Venti*, ceu Boreas, Zephyrus, ſic Auſter, & Eurus.

II. *Flumina*, ſunt Rhenus, Thyberis, Danubius, Albis.

III. *Menſes, vt* Maius, Quintilis, ſiue December.

## ANNOTATIONES IN SVPERIORES DVAS REGVLAS.

*Vetuſtas Maſculinum ſtatuit quicquid viri ſpecie pingeretur: ſic Angelij, Dij gentilium, & Dæmones virili ferè pinguntur ſpecie. Quin etiam ipſi Fluuij, vt ex Romanis triumphis conſtat, pinguntur*

*tur viri ſpecie procumbentes, vt hac etiam ratione Maſculina cenſeri queant. Sed hic notandus verſiculus.*

*Fœminini generis* ſunt Styrx. Letheque Paludes.

*Eadem virili facie & buccis inſlatis pinguntur Venti*, vt hic Boreas, hic Cæcias, *& apud Plautum* Eteſias, *quod alioqui ſæpiùs pluraliter vſurpatur*, Eteſiæ, Eteſiarum.

*Menſium nomina dum capiuntur ſubſtantiuè, etiam Maſculina ſunt. vt cum dicimus*, Tertio Kalendas Ianuarij, Aprilis, Septēbris. *Cùm verò capiuntur Adiectiuè; dicimus.* Tertio Kalendas Ianuarias, Aprilis, *atque ita in cæteris.*

## FOEMININA.

I. Eſto Fœmineum recipit quod Fœmina tantùm.

Fœminina ſunt nomina quæ fœminis ſolis conueniunt aut eaſdem ſimilitudine quadam referunt.

*Exempla ſunt etiam duplicia.* { Propria. *&* Appellatiua,

*Propria ſunt triplicia.*

*I. Propria Fœminarum.*

Euſtochium, Iudith, Heſter, Catharina, *S*uſanna.

*II. Dearum Gentilium.*

Veſta, Ceres, Iuno, Pallas. Bellona, Minerua.

*III. Propria Brutorum.*

Iſſa, Dromaſq; *Canes; ſed Equa*, Coritha, Podarges.

*Appellatiua ſunt duplicia.*

I. *Fœminina ſunt Appellatiua, quæ natura, vel ratione officij ſolis fœminis tribuuntur.*

ſchweſter/ ſchwiger / ſohnsweib / mutterſchweſter/
Sint Soror atque ſocrus, nurus, matertera, neptis.
ſeugmutter/* dienſtmagt/* nachträtterin.
Veſtalis, nutrix, * ancilla, * pediſſequa teſtes.

*II. Fœminina ſunt Appellatiua Brutorum fœminini ſexus:* Vt Gallina, hun/ columba, daub/ equa ſtuth / mula, mauleſelein/ capella, geißlein/ leæna, löwin.

II. Hæc: Regio, dat & Inſula, & Vrbs, tum Pagus, & Arbor.

Nomina Regionum, Inſularum, Vrbium, Pagorum, & Arborum ſunt Fœminina.

I. *Regionum:* Europa, Africa, Aſia, Perſia, Brabantia.

II *Inſularum:* Cyprus, Andros, Melite, Zelandia.

III. *Vrbium:* Carthago, Babylon, Corynthus, Mechlinia.

IIII. *Pagorum:* Bethphage, Bethania, Beca, Roſendal.

V. *Arborum:* Ficus, Feigenbaum/ Malus. apffelbaum/ Pomus. opsbaum/ Pinaſter, Platanus.

*Excipiuntur Vrbium nomina.*

Oppida in I, numeri pluralis, Maſcula ſunto.
Oppida in VR, vel in VM, vel E, Ternæ iungito, Neutris.
Neutra in A Pluralis Numeri ſunt oppida quæuis.

I. *Opidorum nomina in* I, *pluralis tantùm numeri ſunt generis Maſculini.*

Qualia Pariſij, Rhemi, Delphi, atque Philippi.

II. *Neutra ſunt Opidorum nomina in* Vr, Vm, *& in* E, *Tertiæ vel Secundæ declinationis.*

Qualia

Qualia ſunt Tibur, Gandauum, Cære, Teate.

III. *Neutra ſunt etiam Vrbium nomina in A pluralis tantum numeri.*

*Huc exempla cites*, Artaxata, Bactra, Cythera.

*Excipiuntur Arborum nomina.*

Maſculei generis, folijs Oleaſter amaris.

Neutra acer, atq; Siler, ſunto cum Robore, Suber.

## ANNOTATIONES. IN DVAS SVPERIORES REGVLAS.

*Admonendi ſunt pueri, vbi Deorum nomina diximus eſſe Maſculini generis, & Dearum Fœminini, intelligendum id eſſe de falſis Dijs gentilium, Chriſtianos verò non agnoſcere plures Deos, nec prorſus vllas Deas, ſed vnum duntaxat Deum, creatorem cœli & terræ*

*Porro ſub falſarum Dearum nomina intelligi quoque poſſunt:*

Nomina Muſarum, *quas Poetæ finxerunt eſſe nouem, Calliopen. Clio, & Melpomenen.*

Gratiarum, *Græci vocant* Charites: *cuiuſmodi ſunt hæ tres, Aglaia, Thalia, Euphroſyne.*

Harpyiarum: *quæ Aeneidos tertio tres quoque enumerantur Aelo, Celeno, Ocypete.*

Parcarum: *quæ ſunt tres illæ Deæ fatales, Átrops, Clotho, Lacheſis.*

Furiarum: *Deæ ſunt infernales, quas tres item fuiſſe commemorant mendaciorum figuli Poetæ; Alecto, Tiſiphone, Megæra.*

Nympharum: *quæ ſunt aquarum & ſiluarum Deæ, vt Adraſtia, Clymene, Deiopœia. &c. A Virgilio Georg. 4. enumerantur quatuordecim,*

Syrenum: *Partenope, Ligæa Leucoſia.*

Regionum & Vrbium *nomina dici poſſunt Fœminina, quod olim etiam ſpecie fœminæ pingi conſueuerunt, vt conſtat è Romanarũ prouinciarum libro.*

*Reperiuntur quædam nunc Fœminina, nunc Neutra, ſed ſub diuerſis Ter-*

*ſa Terminatione*, Hæc Lesbos, Abydos, Ilios, Saguntus: Hoc Lesbon, Abydon, Ilion, Saguntion.

*Ouidius tamen etiam*, Mitylenæus, Lesbos, *inquit: & Lucanus* Arduus, Hydruus, *pro* opido, *dixit*.

*Sed in his & alijs quæ nunc Maſculina, nunc Neutra leguntur. Poetæ terminationem magis fortaſſe reſpexerũt, quam ſignificationẽ.*

Sic Neutrũ potius quàm Maſculeum capit Anxur.
Hoc Zeugma, hoc Argos: ſed dic pluraliter Argi.

Arborum nomina *putantur eſſe Fœminina, quod fœtus ſui veluti matres quædam ſint. Vnde Plinius arboribus ſexum & coniugum tribuit, cap.* 4 *lib.* 13. *Et de Nuce Ouidius*. Pomaque læſiſſent, *inquit* matrem.

Cythiſus, Rubus, Dumus, *Maſculina ſunt nimirum quòd humiliores ſint, vt frutices potiùs quàm arbores eſſe videantur Eſt autem frutex, quæ in arboris magnitudinem non excreſcit, nec vt arbor, hyeme intermoritur.*

Cythiſus, *tamen, Columella, & idem cùm Seneca, Gellio, & Prudentio vtitur* Rubus *genere Fœminino*.

Suber *quoque Plinius vſus eſt genere Maſculino, cùm alioquin Neutrum ſit*.

Platanon *non eſt arbor, ſed locus platanis conſitus, & Maſculinum*.

Pinus, Cupreſſus, Platanus, *priſcis temporibus fuerunt etiam Maſculina*.

Malus *arboris nomen Fœmininum eſt, pro* ligno *verò* nauis, *eſt Maſculini generis*.

*Porrò quòd ad ſignificationem attinet, notandum hoc loco, quòd Arborum nomina forment ex ſe nomen in* Vm, *quod infructiferis fructum ſignificet, vt* Malum pyrum, ceraſum, *in ſterelibus verò* lignum *vel* materiam, *vt* Buxum, Ebenum, Cinnamomum.

*Quod in* Tum *verò deſinit, ſignificat ferè*, locum conſitum, *vt* Quercetum, dumetum, ſalictum, arbuſtum.

*Poſtremò quod in* Ster *finitur, ſilueſtrem, degenerem, ac notham, ſtirpem denotat, vt* Oleaſter, pyraſter, pinaſter.

## NEVTRA.

39. I. *S*it Neutri generis quodcunq; inflexile Nomen.
40. Mobile ſi tollas, Propriumque & Barbara quædam.

Nomina Indeclinabilia ſunt Neutri generis: billich/ vnbillich/ gifft/ pfundt/ nichts/ gleich wie/

Vt Fas, atque nefas, virus, pondo, nihil, inſtar, &c.

*Excipiuntur primò Adiectiua,* Tot, ſo vil/ Quot, wie vil/ Aliquot, etliche/ Quatuor, vier/ Quinque, fünff/ Sex, ſechs/ &c. Centum, hundert / & Mille, tauſent/ adiectiuum, Præſto gegenwertig/ nequam, ſchalck/ &c.

*Secundò Nomina quædam propria: vt* Noe, Gad, *virorum propria.* Thabor, Oreb. *propria mentium Iudææ quæ Maſculina ſunt.*

*Tertiò Nomina quædam Barbara, id eſt, nec Latina, nec Græca, vt* Cherubim, *S*eraphim, *Maſculina.* Sabaoth *Fœminina, dictio eſt Hebraica, pluralis numeri, ſignificans* exercitus, *ſeu* fortitudines.

41. II. Literæ amant Neutrum genus; & vox materialis:
42. Sic Aduerbia; & acceptum pro Nomine Verbum.

Indicantur hoc diſticho quadruplicia Nomina Neutri generis.

I. *Nomina Literarum: vt* A, b, c, Alpha, delta, gamma. Aleph, beth, gimel.

*Leguntur tamen ſæpè Fœminina, vt litera, vel ſyllaba intelligatur, vt* A longa, E breuis.

II. *Dictio technicè vel materialiter accepta, hoc eſt pro ſola voce vel ſcriptura: vt* Cæſar *eſt diſſyabum.* Iob *eſt indeclinabile.*

*III. Verba & Aduerbia cùm loco Nominum ponuntur: vt,* Scire tuum. Velle ſuum, Triſte & ſupremum vale. Heſternum cras, aliud cras, clarum mane.

COMMVNIA.

Subſtantiuum vtrique datur quod fine ſub vno,
Et gemino articulo, genus ad Commune refertur.

Subſtantiua, quæ ſub diuerſis articulis & vno fine tribuuntur viris ac fœminis ſunt generis Communis.

*Huiuſmodi apud veteres pauca ſunt, quamobrem quæ apud illos recipiunt diuerſi generis Adiectiuum, & verè communia ſunt, his paucis verſiculis comprehendimus.*

Nomina Communi genere vſurpare cuiuis,
feindt/
Hæc bis dena licet: *Vates, Antiſtes, & Hoſtis.*
efrundt/*landtsknecht/*bürger/
*ffinis, *Miles, cum Ciue, Cliente, Sacerdos.*
ürer/hüdt/geſel/rindt/ſaw/anfenger/ einer der ältē
*Dux, Canis, atque Comes, Bos, Sus, Auctorq́ȝ, Parenſq́ȝ*
Ehgemahl/Jüngling/
*unniceps, Coniux, Adoleſcens, Augur adhærent.*
ic Lucanus ait, *Tam ſæua Iudice ſontes.*
ddere plura licet, veteres cum ſuppeditarint.

ANNOTATIONES.

*Tradunt plerique omnes Grammatici ea Nomina eſſe Communis neris, quæ ſub vno fine tribuuntur viris ac fœminis: & exempla huc ferunt,* Homo, Virgo, Latro, *&c. Vnde hunc apud non nullos erias verſiculum.*

Eſt Communis Homo, Nemo, cum Virgine, Latro.

*Sed captioſum & fallax eſt genus hoc argumentandi, quo fermè nes nituntur.* Homo *ſub vno fine conuenit viro ac fœminæ, eſt igi* Homo *Communis generis, perinde ac ſi quis dicat,* Mancipium

*vel*

*vel* animal, *ſub vno fine conuenit viro ac fœminæ, ergo* mancipiū *vel* animal *eſt Communis generis.*

*Addendum erat igitur, Et* Homo *iungitur Adiectiuo Maſculini generis, cùm* marem *ſignificat, & Fœminini generis cùm ſignificat* Fœminam: *ſed poſterius non facilè probaris: Eſt igitur infirma argumentatio qua* Homo *docetur Communis eſſe generis.*

*Vt igitur quæ verè Communia ſunt, ab alijs facilius diſcernantur, duplici eſt opus obſeruatione.*

I. *Primò eſt obſeruandum duplicis eſſe generis, quæ Grammatici vocarunt* Communia: *alia ſignificatione tantùm, alia ſignificatione & conſtructione ſimul.*

Communia ſignificatione tantùm, *dicuntur quæ ſub vno fine rectè tribuuntur vtrique ſexui: ſed non recipiunt vtriuſque generis Adiectiuum*

*Huiuſmodi in primis ſunt illa Maſculina, de quibus infrà in primo carmine, quæ Grāmatici dixerunt eſſe Cōmunis generis, cùm ſint tantum Maſculina, eo quod non recipiāt Fœminini generis Adiectiuum.*

Communia ſignificatione & conſtructione ſimul, *dicuntur quæ ſub vno fine conueniunt vtrique ſexui, & recipiunt vtriuſq; generis Adiectiuum Maſculinum, cùm viris tribuuntur, Fœmininum, cùm tribuuntur fœminis.*

*Huius generis ſunt illa viginti, ſuperiori carmine comprehenſa, quibus ſi quis plura apud probatos ſcriptores inuenerit (fieri enim poteſt vt aliqua reperiantur) ea ſuperioribus ſunt adijcienda.*

II. Secundò: *Obſeruet puer ſequentes tres verſus, ex quibus cognoſcet quæ verè Communia non ſint, quamuis vtrique ſexui conueniunt.*

I. Mas eſt, cui tantùm maris Adiectiua cohærent.

*Senſus eſt: Maſculina ſunt ea nomina, quibus ſolùm tribuuntur Adiectiua Maſculini generis, licet ſignificatio vtrique conueniat ſexui, cuiuſmodi ſunt quæ ſequuntur, quæ Grammatici tradiderunt eſſe Communis generis.*

A: *Multa verbalia:* Aduena, Accola, Indigena, Conuiua, Heredideta, Homicida, Perfuga, Auriga, ~~&c. Item Verna~~, Pincerna.

O. Homo, Latro, *nam* Virgo *Fœminium eſt.*

L. Exſul

L. Exſul, Pugil, Vigil, *pro* nocturno cuſtode.
R. Martyr, Fur, Sponſor, *Illuſor, & ſimilia.*
S. Cocles, Eques, Pedes, interpres, Præs, Præſes, Veles.
Teſtes Iuuenis, Sodalis, Patruelis, Cuſtos, Compos, Impos.
X. Index, Vindex, Exlex, Illex, Senex, Remex.
Auſpex, Haruſpex, Redux.

*Item Gentilia:* Teuto, Ligur, *A*rcas, *A*rabs, Tiburs, *A*llobrox, *&c.*

II. Hæc petit Appoſitum, quod habet tantùm Muliebre.

*Id eſt, Fœminina ſunt nomina, quibus ſolùm iunguntur Adiectiua Fœminini generis, vt* Virgo *apud veteres.* Proles, Beſtia, Bellua, *A*uis, Ouis, Vulpes, Pica, Noctua, *&c.*

*Item* Operæ, arum; Cuſtodiæ, Vigiliæ, Excubiæ, *Fœminina ſunt, licet ratione officij viris potiùs quam fœminis conueniant.*

III. Quæ Neutro *A*ppoſito gaudent, Neutralia ſunto.

*Neutra ſunt, quæ ſolùm recipiunt Neutri generis Adiectiuum, vt* *A*nimal, Mancipium, *I*umentum, Pecus, oris, *&c. quæ tamen rectè tribuuntur vtrique ſexui.*

*Poſtremò illud etiam paucis admonendum exiſtimo, ſi* Fur *communis generis non eſt, conſtat non rectè dici de mulieribus,* Duæ fures coniectæ ſunt in vincula, *ſed hoc vel ſimili loquendum eſſe modo,* Duo fœminæ fures coniectæ ſunt in vincula, *atque ita in alijs ſimili aliqua loquendi figura vtendum eſſe.*

## OMNIS GENERIS.

Omnis erit generis vox quælibet Adiectiua.
Atque nihil refert, tres an duo, finis an vnus.

*Omnia & ſola adiectiua ſunt Generis Omnis, hoc eſt, declinantur, & per tria genera.*

*Alia ſunt* { *Vna terminatione:* Hic, hæc, hoc Fœlix ſelig/
*Duabus:* Hic, hæc Fortis, ſtarck / hoc forte.
*Tribus:* Hic Bonus, gut / hæc bona, hoc bonum. }

*Adiectiua*

*Adiectiua ſunt triplicia.* { *Nominalia:* Fœlix, fortis, bonus. *Pronominalia:* Meus, noſtras, veſtras. *Participialia:* Amans, amaturus, &c.

## ANNOTATIONES.

*Vt tota adiectiuorum natura ac ratio facilius à rudibus percipiatur, indicabimus primùm eorum Terminationem, deinde Declinationem, & poſtremò quod habeant Genus dum capiuntur Subſtantiuè.*

## I. DE ADIECTIVORVM TERMINATIONE.

*Adiectiua omnia deſinunt in Vocalem* I, *vel* O.

*Vel in conſonantem* M, R, S, T, *vel* X.

I, *vt* Frugi, nauci, nihili, mancipi, huiuſmodi, *&c.*

O: *vt* Præſto, *vnicum iungiturque Verbis* Sum, *&* Fore.

M: *duo ſunt*, Nequam *&* Totidem; *ambo indeclinabilia.*

R: Par, *cum compoſitis*, Compar, diſpar, impar.

Niger, , um, *&c.* Cāpeſter, is, e, *&c.* Pauper, puber, vber, *&c.*

Memor, concolor, dulcior, *&c. Item,* Bicorpor, tricorpor, indecor.

Satur, a, um, *Secundæ declinationis, &* Cicur *Tertiæ.*

S: Arpinas, malinas, Atrebas, noſtras, veſtras, *&c.*

Ales *pro veloci,* diues, locuples, hebes, teres, ſoſpes.

Superſtes, perpes, prępes, deſes, teſes, bipes, tripes, quadrupes.

*Sed* Compes *Fœmininum eſt, & ferè Plurale.*

Nobilis, illuſtris, dulcis, ſuauis, fortis, *&c.*

Bonus, meus, amaturus, *&c. Secundæ declinationis.*

Vetus *&* Intercus, *Tertiæ declinationis.*

Infans *pro* indiſerto, amans, docens, *&c.* Sons, inſons.

Anceps, præceps, expers, ſolers, concors, conſors, *&c:*

T: Quot, aliquot, quotquot, tot, totidem.

X: Audax, duplex, fœlix, atrox, trux.

*Vides puer omnia ferè adiectiua in* R, S, *vel* X, *deſinere, exceptis paucis in* I, O, M, *&* T, *finitis.*

*Item Numeralibus & Pronominalibus, in quibus eſt Terminatio varia, & Declinatio diuerſa; vt his tabulis excludi debuerint.*

## II. DE ADIECTIVORVM DECLINATIONE.

*Adiectiua Secundæ declinationis declinantur omnia ſub tribus Terminationibus, & deſinunt in* ER, VR, *vel* VS

ER: Niger, pulcher, lacer, a, um, Vter, neuter, *&c.*

VR: Satur, a, um; *quod vnicum eſt Secundæ declinationis.*

VS: Bonus, meus, tuus, amaturus, amatus, *&c.*

*Adiectiua Tertiæ declinationis flectuntur alia ſub tribus Terminationibus, vt hæc decem;* Campeſter, is, e, Celeber, Saluber, Acer, Alacer, Volucer, Celer, Pedeſter, Equeſter, Sylueſter.

*Horum nulla flectuntur etiam ſub duabus vocibus.*

Hic, hæc Celebris, hoc celebre, Salubris, bre. Acris, acre.

*Sic ſæpiùs flectitur,* Paluſtris, *&* hoc Paluſtre.

Sequeſter, a, um. *vel* is, e, *Secundæ & tertiæ declinationis.*

*Alia duabus, vt Adiectiua in* Is: Dulcis, fortis, *&c.*

*Et comparatiua,* Dulcior, dulcius, *&c. Præter* plus.

*Alia ſub vna, vt omnia reliqua:* Pauper, puber, vber, degener, memor, cicur, Aquinas, diues, vetus, amãs, prudẽs, fœlix, *&c.*

*Sunt quædam prorſus Aclita & Indeclinabilia: vt,*

Frugi, mancipi, nauci, nihili, huiuſmodi, cuiuſmodi, *&c.*

Præſto, de quam, opus, Tot, totidem, Quot, aliquot, *&c.*

*Item numeri Cardinales:* Quatuor, quinque, ſex, *&c. vſque ad* Centum, *cuius compoſita per tres flectuntur terminos:* Ducenti, tæ, ta, Trecenti, Quadringenti, *&c.*

Mille *Adiectiuum acliton eſt, & pluralis numeri, vt* Mille viri. *Subſtantiuum eſt Neutrigeneris, & acliton in Singulari. Pluraliter,* Millia, ium, ibus, *vt* Mille hominum, duo millia virorum.

## III. DE ADIECTIVIS SVBSTANTIVA POSITIS.

Mobile ſi fix è capitur, genus optat habere.
Nominis illius tacita quod mente ſubaudis.

*Adiectiua Subſtantiuè poſita, obtinent ferè genus nominis Subſtantiui quod ſubauditur. Sunt igitur hæc.*

Annu-

## MASCVLINA.

Annularis, auricularis, Index, *ſcilicet digitus.*
Mortalis, *homo*; Maialis, *porcus*; Natalis, *dies.*
Maxilaris, *dens*; Molaris, *dens, vel lapis.*
Martius, Aprilis, Quintilis, September *menſis.*
Oriens, Occidens, *Sol*; Rudens; *funis.*
Profluens, torrens, *amnis*; Nefrens, *procellus.*
*Virg.* Saucius eſt quadrupes. ceruus vel equus,
*Idem,* Nulla quadrupes, *ſcilicet beſtia.*
*Plinius,* Quadrupedia *dixit, intelligens animalia.*

## FOEMININA.

Frigida, *aqua;* Arida continens, *terra.*
Bipennis, *ſecuris*; curulis, *ſella.*
Volucris. *auis*; Bidens, *ouis.*
Vocalis, *vel* Conſonans, *litera.*
Prægnans, *mulier*; Tertiana, *febris.*

## NEVTRA.

Suburbanum, *rus, vel prædium.*
Altum, *vel* Profundum, *mare.*
Si nil mente ſubauditum ſit, dicito Neutrum.

*Neutra ſunt etiam in quibus nihil ſubauditur: vt* Accidens, Antecedens, Conſequens, Conueniens, Decens.

Animans & Quadrupes *reperiuntur in quouis genere.*
*Sed* Quadrupes *ſæpius in Maſculino.*
Animans *in Fœminino & Neutro maximè in Plurali. Cicero tamen & Horatius vſi ſunt etiam Maſculino.*

## DVBIA.

Incerti ac Dubij generis dixere vetuſti,
Quæ docti vario genere vſurpaſſe leguntur.

*Dubia ſunt quæ auctores probati diuerſo genere protulerunt.*

Endt/Korb/Halßketten/Tag.

Talia ſunt *Finis, Corbis, cum Torque, Diesq́;*
*Groſſus, Adeps, Atomusq́; Rubus, cum Scrobe, Phaſelus.*

Schlang/ Gemein volck.

Et Serpens, Limax. Hic hoc Nar, vulgus, & Anxur.
Addere plura licet, ſi talia plura notaris.

## ANNOTTIONES.

*Hæc ſuperiora Dubij eſſe generis, veterum exemplis facilè poſſet confirmari. Sed quoniam id longum foret, Scriptores tantum indicabimus, qui diuerſo genere his vſi ſunt. Tum etiam quo in genere ſæpiùs aut rariùs vſurpentur.*

Finis *ſæpius eſſe Maſculinum, confirmatione non eget, eo tamen Fœminino eſt vſus Cicero: de Legib & virg. AEneidos ſecundo.*

Torquis *Ciceroni nunc Maſculinum, nunc Fœmininum eſt.*

Torques *verò dicunt eſſe Fœmininum.*

Dies *pro tempore Poetis Dubium eſt, ſed Fœmininum ſæpiùs. Lucanus & Statius Maſculino; Martialis eſt vſus fœminino.*

*Cùm verò ipſum diem ſignificat, frequentiſsimè legitur Maſculinū, nec frequenter Fœmininum etiam apud Oratores, vt Ciceronem pro Planco etiam in Plurali: Sed* Meridies *eſt tantùm Maſculinum.*

Groſſus *Maſculinum Celſo, hinc apud Columell.* Groſſulus, *Fœmininum eſt frequens Plinio.*

Adeps *Plinio frequenter eſt Maſculinum; Celſo verò & Columellæ Fœmininum:*

Atomus *Ciceroni ſemper Fœmininum; Maſculinum Senecæ & Mactantio:*

Rubus *ſæpiùs Maſculinū; Columellæ & Gellio etiam Fœmininum.*

Scrops *Maſculinum Columellæ; eidem quoq; & Plinio Fœmininū.*

Phaſelus *Ouidios; Martiali, Statio ſæpè Fœmininum; Catullo & Auſonio Maſculinum.*

Serpens *Oratoribus ſæpiùs Fœmininum, vt Ciceroni, Plinio, Columellæ. Maſculinum eſt frequens Poetis, & non rarum Plinio.*

Limax *Columellæ Maſculinum; Fœmininum Plinio.*

Nar *Maſculinum Virgilio; Ciceroni, Neutrum.*

Vulgus *ſæpiùs Neutrum; Maſculinum Cæſari, Salluſtio, Liuio, Plinio in Accuſatiuo.*

Anxur *Hiſtoricis Neutrum, Poetis Maſculinum.*

Cùm *auctoritas (teſte Quintiliano Cap 6. lib. 1.) petenda ſit ma-*

gis

*gis ab Oratoribus, vel Hiſtoricis, quàm à Poetis, & pueri minus vſitate libentius complectantur ac imitentur, operæpretium fore exiſtimaui, vt ea quibus frequentius vtuntur Oratores, ſepararem ab ijs quæ ferè apud Poetas reperiuntur, quos, vt dicemus paulò inferiùs, excuſat frequenter metri neceſsitas, & difficultas Carminis.*

## NOMINA ALIQVOT ORATORIBVS *Maſculina: Et Fœminina interdum apud Poetas.*

Maſcula, Bubo, Specus, Cortex, cum Pumice, Puluis.
Et Calx pars pedis, atq; Silex: ſic Margo, Palumbes.
*Fœminæ & iſta dedit præcinctus tempora lauro.*

Bubo *Maſculinum eſt, Virgilius tamen eſt vſus fœminino.*

Specus *Quartæ declinationis Maſculinum eſt, Silio etiam Fœmininum.*

Cortex *Maſculinum, quo vſus Virgilius Fœminino.*

*Sic Fœmininum eſt Catullo* Pumex & Cinis, *propertio* Puluis. *Lucretio* Funis: *quos puer non imitabitur.*

Calx *pro parte pedis & fine, Maſculinum eſt, Virgilio, & Silio Fœmininum.*

Silex *Maſculinum, Virgilio interdum Fœmininum eſt,*

Margo *Maſculinum: Iuuenalis eſt vſus Fœminino.*

Palumbes *Quintiliano cap. 6. lib. 1. Maſculinum eſt, Virgilio tamen eſt fœmininum.*

## NOMINA ORATORIBVS FOEMININA: *Et Maſculina non nunquam, præcipuè apud Poetas.*

Hęc Animans, Ales, Volucris, Grus, Talpa, Cupido.
Lynx, & Onyx, Linter, Clunis, Stirps, Dama, Penuſque.
*Sæpè Viris tribuit redimitus tempora Vates.*

Animans *ferè eſt Fœmininum, ſed Horatio etiam Maſculinum atque ipſi non nunquam Ciceroni.*

 Ales

Ales *pro auo Fœmininum, Plinio ſemel: et Poetis Maſculinum. Sed* Ales *pro veloci eſt adiectiuum.*

Volucris *Subſtantiuum Fœmininum eſt.*

*Cicero tamen in carmine eſt vſus Maſculino.*

Grus *Fœmininum eſt, & Horatio etiam Maſculinum.*

Cupido *pro cupiditate Fœmininum. Sed Seneca & frequenter Horatius vtuntur etiam Maſculino.*

Onyx & Sardonyx *Plinio Fœminina ſunt.*

*Illud Martiali, hoc iuuenali etiam Maſculinum.*

Clunis *Fœmininum eſt, & Iuuenali Maſculinum.*

Stirps *pro plania Fœmininum, Virgilio etiam Maſculinum.*

*Sed* Stirps *progeniem ſignificans, ſemper eſt fœmininum.*

Talpa, Dama, Lynter, Lynx, & Penus. } *Oratoribus Fœminina ſunt.*

*Sed Virgilius* Talpa & Dama *vtitur Maſculinis; Tibullus & Propertius* Lynter; *Horatius* Lynx.

Penus. *Quartæ declinationis eſt ſæpiùs Fœmininum. Plautus eſt vſus Maſculino.*

Quid genus Dubium à Communi differat audi.

Dubium *ferè conuenit rebus inanimatis.*

*Excipe:* Grus, Lynx, Limax, & Serpens.

Commune *tribuitur rebus animatis.*

## DVPLICI DE CAVSA GENVS Nominum interdum permutatur.

I. Reſpicit interdum nomen generale Poeta.
Vnde ſibi meritò Genus inferiora capeſſunt.
Sic volucrem ſequitur Bubo: ſic flumen Iader.

*Nomen interdum potiſsimùm apud Poetas recipit Genus nominis Communioris ſeu ſuperioris quod intelligitur.*

*Huc referri poſſunt hæc ſequentia.*

I. Fluuiorum nomina Fœminina leguntur, *quòd aqua nomen ipſorum generale ac ſuperius Fœmininum ſit. Ouidius,* Albula

pota

pota Deo, *Anſonius*, Dia moſella *Lucanus*, Damnata Allia, *Idē* Tepidum Iader, *reſpiciens ad ſuperius nomen*, Flumen.

II. Nomina Animantium, *Virg.* Sola bubo, *ſcilicet auis. Huc ſpectant* Anſer fœta, Elephantus grauida, *ſcilicet fæmella; quæ recentiores ad Syntheſin referunt, figuram veteribus ignotam.*

III. Literarum nomina *leguntur fœminina, vt ſubaudiatur* litera, *vt* A longum, *&* longa; E breue, & breuis.

IIII. Fabularum nomina *vſurpantur ferè fœminina, Terent.* In Eunuchum ſuam, *ſcilicet ſabulam. Quintil.* Varij Thyeſtes cuilibet Græcorum comparanda eſt.

*Cùm verò leguntur hæc Maſculina, non fabulæ, ſed perſonæ habetur ratio. Sic apud Suetonium legimus,* Aiacem ſuum; *& apud Iuuenalem.*

Scriptus & integro, nec dum finitus Oreſtes.

V. Nauium, *Virg.* Centauro inuehitur magna, *ſcilicet naui. Sic in* Phaſolus, *vſus iam obtinuit Fœmininum, cùm apud Catullum & Auſonium ſit Maſculinum.*

VI. Montium. *Sic* Oſſa, AEta, Othrys, *ex terminatione Fœminina, apud Poetas inuenies Maſculina, quia* Mons *Maſculinum eſt. Ouid.* Theſſalus Oſſa, *Seneca* Summum AEtan. *Lucanus.* Nemoroſus Othrys, *& Statius.* Nubilus Othrys.

VII. Lapidum *nomina pleraque genere Dubio vſurpantur, vt nūc Lapis, nunc gemma ſubaudiatur, vt* Smaragdus, Opalus, Beryllus Iaſpis, Onyx, *&c.*

*Maſculina ſunt* Achates, Aetites. Ophites, Pyrites, *Pli. lib.* 37.

*Fœminina ſunt ſæpiùs* Cryſtallus, Sapphirus, Hyacinthus, Chryſolythus, Amethyſtus,

VIII. Herbarum & Fruticum: *vt* Laurer *Neutrum, reſpectu herbæ fœmininum eſt, apud Plinium,* Similax *Fœmininum, & floris reſpectu Maſculinum.*

II. Reſpicimus fines, non ſignificata frequenter.
Martius vt Narbo, ſic Sulmo vberrimus vndis.
Sic dant hoc Iſpal Tibur, ſic Zeugma, Reate.

*Opidorum nominibus tribuitur ſæpè genus, ex Terminatione magis quàm ex Significatione.*

*Sic Maſculina ſunt*, Sulmo, Narbo, Croto, Hippo, Acragas antis, *Neutra* Zeugma, Iſpal, Suthul, Reate, Theate, Cçre, Nepte, Preneſte, *vel* hæc preneſtis, *vt volunt nonnulli.*

Hoc Tibur, hoc Gadir *potiùs, quàm* hæc.

*Sic* Pontus, *tum mare, tum regio, Maſculinum eſt.*

## POSSVNT ET ALIAE TRES PERmutationis generum proferri cauſſæ.

*I. Prima eſt Euphonia, & ſuauior vocum ſonus, quem Grammaticorum nobiliſsimus Coryphæus Diomedes admonet interdum plus valete quàm Analogiam ipſam, vel Præceptorum regulam. Vide Gellium libr. 13.*

*II. Metri aut Carminis neceſsitas; quo fit, vt apud Poetas ſit multo liberior, ac frequentior Generum permutatio, quàm apud Scriptores reliquos.*

*III. Alliosis, ſeu Enallage. vt oratio ſcilicet nō nihil à vulgato loquendi genere ac modo varietur, & mutato quaſi habitu renouetur.*

*Sed admonendi ſunt frequenter Puiri, vt diſcant æſtimare Genus Nominum ex ipſorum vſu apud Scriptores probatos crebriore, eumq́; perpetuo ſibi retinendum, ac imitandum proponunt.*

*Id quod eo magis eſt neceſſarium, quòd ſcriptura veterum codicum adeò crebrò ſit à librarijs deprauata, vt etiam ſæpè numero oculatiſsimi in veritate lectionis hæreant ac cæcutiant.*

*Sed minimum errabit, qui viam ſequitur tritiorē, hoc eſt, doctorum loquendi conſuetudinem vſitatiorem, priſca priſcis relinquenda ſunt: Et abſoletis, vt nautis à ſcopulis, longè ſemper ſugiendum.*

## ANNOTATIONES DE GENERE EPICOENO.

Beſtia, Piſcis, Auis, genus accipiunt Epicœnum.
Si dubius Sexus fuerit, ſi Terminus vnus.

Epicœna *dicuntur ea animalium nomina quæ ſub vno genere Maſculino; vel Fœminino, ſimul vtrumque ſexum complectuntur.*

Cuiuſ-

*Cuiuſmodi ferè nomina ſunt hæc triplicia.*

1. Beſtiarum: Cuniculus, vulpes, talpa.
2. Piſcium: Salmo, lucius, balena.
3. Auium: Falco, paſſer, philomela.

*Addunt nonnulli* Inſecta: *vt* Apis, crabro, muſca.

*Et* Repentia: *vt* Anguilla, limax, vipera.

*Sed an Sexus in iſtis reperiatur, Ariſtotelicæ doctrinæ ſtudioſi definiant.*

Si dubius, Sexus, *&c. Indicat hic verſus duo requiri vt nomen dicatur Epicœni generis.*

I. *Vt Sexus non facilè diſcernatur, hinc* Canis, bos, ſus, *non ſunt Epicœna.*

II. *Vt ſit vnica Terminatio, hinc* Gallus, equus, leo, *non ſunt generis Epœceni, quod habeant Fœmininum in* A, *vt* Gallina, equa, leæna.

*Cùm Epicœna ſimul vtrumque ſexum ſignificent, ſi quis volet Sexum, hoc eſt, maſculum à fœmella diſtinguere, apponet is nomini Epicœno maris, vel fœminæ vocabulum, hoc modo,* Cygnus, mas, Cygnus, fœmina.

*Vel ſi ſexum & non Terminationem reſpiciat, diſtinguet tum Sonum adiunctum Adiectiuum, vt* Anſer fœta, Elephantus grauida, *qui reſpectus habetur ad fœmellam.*

*Cùm verò ad Sexum non reſpicimus, oportet Adiectiuum reſpondere generi ipſius Terminationis, vt* Magni, Salmones, Callidæ, vulpes, *&c.*

*Nam vt rem ipſam liberè dicemus; Epicœnum re vera genus non eſt, cùm huiuſmodi nondum genus, quæ Epicœna vocantur, oſtendat ipſa Terminatio, Vt* Falco *Maſculinum: quia in* O *finita ſunt Maſculina,* Vulpes, *Fœmininum: quia nomina in* Es *ſunt Fœminina.*

*Sufficere ergo debet Præceptori, ſi interrogatus puer reſponderit* falconem & paſſerem *eſſe Maſculina,* talpam, & vulpem *Fœminina, nulla facta mentione Epicœni, vel promiſcui generis.*

*Atque huius rei gratia, nos quod vocant genus Epicœnum, in Grammaticæ noſtræ Rudimentis, è numero generum exploſimus, quod nimirum, cùm nullo pœnè fructu, magnas tenebras rudibus adhuc puerorum ingenijs offenderet.*

## Epicœnum differt à Communi.

Epicœna *vno contento ſunt articulo, Maſculino, & Fœminino, vt* hi Timidi lepores, *hæ* Callidæ vulpes.

Communia *duobus egent articulis,* hic & hæc, *ſunt enim ſimul Maſculini, vel Fœminini generis, vt* Ciuis Romanus, & Romana. *Illic mas, hic fœmina ſignificatur.*

## Epicœnum differt à Dubio.

Epicœna *recipiunt tantùm vnum articulum, aut Adiectiuum.* Dubia *recipiunt duos articulos, et adiectiuum tum Maſculinum; tum fœmininum, eadem manente ſignificatione, vt* Torquis, aureus, *vel* aurea.

*Atque hactenus de regulis Generalibus, quibus genus cognoſcitur ex ſignificatione.*

*Agendum nunc de regulis Specialibus, quibus genus cognoſcitur ex Terminatione.*

## REGVLAE SPECIALES QVIBVS GENVS COGNOSCITVR ex Terminatione.

Nunc Genus oſtendam quod Terminus indicat ipſe.

Primùm, ſi Vocalis erit; ſi Conſona deinde.

*Senſus eſt: Oſtendetur nunc Genus nominis ex ipſius Terminatione, quam poſitionem appellat Quintilianus.*

*Primùm explicatur Genus nominis, quod in Vocalem deſinit: deinde quod in Conſonantem, ſequendo ferè ordinem quem dicimus Alphabeticum.*

### A.

Hæc dat A, quod Primæ eſt; Quod Ternæ eſt, dicito Neutrum.

In

In Ta Virile; ſolent Latij, της vertere Græcum.
Paſcha dat Hoc Primo, ſeu flectas ordine Terno.

*Nomen in A Primæ declinationis eſt generis Fœminini:* *vt* Muſa Geſang/ dragma, dama, talpa, panthera, polenta, *&c.*

*In* A *Tertiæ declinationis ſunt Neutri generis, & omnia Græca: vt* Dogma, drachma, ſcomma, ænigma.

*Græca in της vertuntur ſæpè à Latinis in* Ta, *vel* Tes, *Maſculini generis: vt* hic Cometa, *vel* Cometes; Planeta, vel Planetes; Niniuita, vel Niniuites; Iſraelita, Leuita, Spartiata, *& id genus Gentilia, quæ plerunque habent Fœmininum in* Tis, *vt* Niniuitis, huius Niniuitidis *vel* Dos, Iſraelitis, Leuitis, *&c.*

Paſcha, Oſtern/ paſchæ, *rectius Primæ declinationis, vel etiam ( vt docuerunt recentiores non nulli )* Paſcha, paſchatis, *eſt generis Neutri, ſignificans Latinis* Tranſitum.

## E.

Hæc petit E Primæ: Quod Ternæ eſt, dicito Neutrum.
Neutra Mele, Cete, Tempe, & Pluralia ſunto.

*Nomina in* E *Primæ declinationis ſeu generis Fœminini & omnia Græca: vt* Pentecoſte, Pfingſten/ paraſceue epitome, ode, crambe.

*In* E *Tertiæ declinationis ſunt generis Neutri, et ferè Latina:* Mare, Meer/ Rete, Netz/ Mantile, Hantzwål/ Cubile, Schlaffkammer/ Ouile, Schaffſtal/ Præſepe, Krip/ Soracte, *&c.*

*Hæc tria nomina Græca* Cete, Tempe, *&* Melè, *(quod rarò legitur) ſunt generis Neutri, & Pluralis numeri.*

ANNO-

ANNOTATIONES.

*Nomina quædam in* E *habent diuerſas Terminationes, vt* Syncope, *vel* pa; Apocope, pa; Muſice, ca; Ode, da; Helene, na.

Hoc Cepe *indeclinabile & frequentiùs*, hæc Cepa, cepæ.

Hæc Cete *Pluralis numeri, indeclinabile, vel* hic Cetus, ceti.

Hoc Rete, *vnde* reticulum, *vel* hic Retis, *apud Plautum.*

*Et hinc* Reticulus *apud Plinium & Varronem.*

Hoc Præſepe *indeclinabile: Pluraliter*, hæc, ia, ium.

*Vel* hæc præſepis, *apud Plautum & Plinium.*

Hoc preneſte, *vel* hæc Præneſtis; *vnde* Preneſte ſub ipſa.

Hoc Soracte, *indeclinabile; &* hæc Soractis, *Plin. cap. 2. lib. 3.*

I & V.

Hoc dat I, ſicut & V: vel teſte Sinapi, Geluque.

*In* I, *&* V *ſunt generis Neutri.*

*In* I *Græca ſunt vel peregrina, vt* Gummi, Gummi/ Sinapi, Moſtart/ Piperi, Pfeffer/ Zingeberi, Jmber/ Stimmi, Moly. *Dicitur &* hæc Gummis, hæc Sinapis.

*In* V *in ſingulari indeclinabilia: vt* hoc Cornu, horn/ genu, knie/ veru, bratſpiß/ tonitru, donner.

*Pluralia in* I, AE, A.

I Plurale genus ſectatur vbique Virile.

AE Dipthongon habens pluraliter eſt Muliebre

Semper A Pluralis numeri neutrale locatur.

*Pluralia in* I *ſunt Maſculina, in* AE *Fœminina, in* A *Neutra ſunt: vt* Cancelli, Gegitter/ cani, grawe haar/ Nuptiæ, hochzeit/ exequiæ, begängnuß/ Arma, kriegßwaffen/ caſtra, läger/ mœnia, ſtadtmawren/ *&c.*

O.

Nomina in O finita, genus capiunto Virile.

Sed Caro Fœmineum ſequitur, ceu Talio, flexum.

*Nomina*

*Nomina in O Maſculina ſunt:* Sermo, Red/ bubo binio, ternio, quaternio, ſenio, titio, brandt/ ſcipio, ſtock/ papilio, veſpertilio.

*Excipiuntur* Caro, fleiſch/ & Talio Fœminina.

Hæc in Io Verbale petit: cui affinia iunge.
Maſculei generis ſed Pugio, & Vnio flectes.

*Verbalia in* Io, (*hoc eſt nomina in* Io *à verbis deducta*) *ſunt generis fœminini, vt* lectio, das leſen/ dictio, wort/ oratio, gebett/ actio: wirckũg/ ambitio, ehrgeitzigkeit/ *&c. quæ formantur à poſteriore Supino mutando* V *in* Io.

*Fœminina ſunt etiam quæ Verbalibus affinia ſunt, ſeu ſimilia. vt* Concio, Predig/ communio, ditio, gebiet/ legio, regio, landtſchafft/ portio, theil/ ſeditio, ſuperſtitio, *quæ non formantur à Supino, poßisq́ proinde hæc appellare Verbalia Anomala.*

*Maſculina ſunt* Pugio, Dolch/ *verbale, Et* Vnio *non verbale, ſignificans margaritam ſeu pretioſum lapillum, non concordiam.*

## Do, Go.

Thürangel/
Fœmineum Do, Go, ſic Mas cum Cardine Cudo.
Ordnung/ *das brodt eines jeglichen dings/
Ordo, Vdoque: quibus dabis Harpago, *Margo,
Karſt/ pflug ſcharen.
Ligoque.

*In* Do *&* Go *ſunt Fœminina, vt* Albedo, Weiſſe/ grando, hagel/ cupido, *pro cupiditate*: Imago, Bildt/ ...e/ virgo, jungfraw. ſartago, bratpfann...

*Exci-*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0039-1

*Excipiuntur ſeptem Maſculina,* Cardo, Cudo, Ordo, *&c.* Harpago, *videtur mediam habere breuem, quemadmodum* Harpax, harpagis, *mediam corripit, et* harpago, *verbum, id eſt, rapio, Si quis rectius aliquid docuerit, libenti id animo nos amplectemur.*

Pondo genus Neutrum: præſto genus Omne receptat.

Adde quòd hæc ambo numero iungantur vtrique.

Pondo *Neutrum,* Præſto *Adiectiuum, iunguntur vtrique numero.*

Pondo *tamen pro libra, eſt tantùm pluralis numeri.* *Quint.* Torquem autem centum pondo.

*Pro pondere verò eſt Singularis numeri, iungiturq; nomini,* libra, *Liuius,* Corona, aurea libræ pondo.

Præſto *iungitur verbis* Sum *&* fore, *atque interdum verbo* Adſum *vt* Præſto ſum, ſumus eſtis: *& Terent.* Præſto adeſt.

*Finita in Conſonantes,* C, D, L.

In C, D, velut L, genus optant nomine Neutrum.
Hic Sal, Sol. Mugil; Sal hoc etiam dedit olim.

*Nomina in* C, D, L, *ſunt generis Neutri.*

C, Lac, Milch/ Halec, *vel* alec, *genus liquaminis ex inteſtinis piſcium.*

*Sed* hæc Halex, *vel* alex, *vnde* halecula, *eſt genus piſcis.*

D. Aliud, quid, quod: *Illud Subſtantiuum, hoc Adiectiuum:* Id, iſtud, illud, *&c.*

L. Animal, Was leb vnd empfindt/ tribuual, Richterſtul/ Mel, Honig/ Fel, Gall/ Nil, nihil.

Sol,

Sol, Sonn/ Mugil, *vel* mugilis, *Maſculina ſunt, quemadmodum &* Sal, Saltz/ *etiam vtroque nunc Maſculinum, Olim etiam Neutrum fuit.*

Am, Em, Im.

Vnicum in Am genus omne capit non flexile Nequam.
Tantundem Neutrum: Totidem pluralè ſit omne.
Et Cherubim, Seraphim, pluralia Maſcula ſunto.

*In* Am, *vnicum eſt*, Nequam *Adiectiuum indeclinabile.*

*In* Em, Tantundem, eben ſouil. *Genitiuo* Tantidẽ, *Neutrum eſt.*

*Sed* Totidem, *Adiectiuum eſt, Pluralis numeri indeclinabile, quemadmodum & S*eptem, Nouem, Decem.

*In* Im *duo ſunt*, Cherubim, Seraphim, *nomina Hebræa Pluralis numeri, & indeclinabilia, ambo Maſculina.*

VM.

Vm Neutrum pones: Hominum ſed Propria tolle.

*Nomina in* Vm, *ſunt Neutri generis: vt* Templum, Kirch/ forum, Marckt/ macellum, Speiſzmarckt/ Louanium.

*Excipiuntur Propria virorum Maſculina:*
*vt* Dinacium, Pægnium:
*Et propria Mulierum fœminina:*
*vt* Euſtochium, Sophronium, Phanium, Glycerũ.

An, In, On,

Hic petit An, In, On, Sindon Muliebris, & Icon.
Alcyonis Muliebre genus ſectatur Aedon.

*In* AN, IN, ON, *Græca ſunt, & Maſculina.*

*vt* Titan, Pæan, Delphin, Agon, canon, *&c.*

*Excipiuntur quatuor Fœminina:* Aedo, Alcyon, ſindon & icon, *quod apud Latinos rarò legitur.*

Hoc capit ON Græcum, quod in VM vertere Latini.

*Græca in* ON, *quæ à Latinis in* VM *vertuntur, ſunt generis Neutri, vt* Euangelion, *vel* Euangelium; Enchiridion, *vel* um; Symbolon, encomion myſterion.

*Sed hic* Dinacion, Pægnion; Hæc Euſtochion, Sophronion, *&c.*

## EN.

EN petit hoc, veluti Nomen, cum flumine, numen.

Hic Atagen, Splen, Renque, Lien, cum Pectine, Lichen,

*Nomina in* En, *ſunt Neutri generis, vt* Nomē, Nahm/ flumen, Waſſerfluß/ numen. Sic flamen *pro vento, Nam pro ſacerdote Maſculinum eſt.*

*Excipiuntur Maſculina* Pecten, Kam/ Splen, Ren, Lien, Lichen, *&* Attagen *quod duplici* tt *ſcribi debet: Sed ſuperiùs alterum omiſſum eſt cauſa carminis hoc exigente.*

A Cano compoſitum Mas Cen, Mulier Cina format.

*Compoſita à* Cano *in* Cen *ſunt Maſculina, in* Cina *Fœminina: vt hic* Tubicen. Trummeter/ Lyricen, Leyrer/ Fidicen, der auff ſeyten ſpilt/ Cornicen; hæc tubicinia lyricina, fidicina, cornicina hic Tibicen, Schwägler oder pfeiffer/ *media longa*, hæc Tibicina,

Siren

Siren & Troezen, *illud Nympha, hoc opidi nomen, ambo Fœminina ex regulis generalibus.*

AR.

Nomina in Ar, quæ fixa manent, potes addere Neutris.

*Nomina in* Ar *Subſtantiua ſunt generis Neutri. vt* Calcar, ſporen/cochlear, löffel/lucar, bacchar, *ſeu* baccar, *vel* hæc baccharis, *aut* baccaris *eſt genus herbæ,* haſel würtz.

Hoc Par, gleich/ *Subſtantiuum: Sed Adiectiuum eſt generis Omnis, cum ſuis compoſitis,* Compar, diſpar, impar, vngleich.

ER.

Er ſit Maſculeum: Linter tamen eſt Muliebre.
Neutra Cadauer, Iter, Ver, Spinter, Tuber, & Vber.
Quæque notant herbas, veluti piper, atque papauer.

*In* Er *Maſculina ſunt, & partim ſecundæ, partim Tertiæ declinationis.*

*Secundæ, vt* Ager, Acker/liber, buch/culter, Meſſer/ Cancer, *etiam pro morbo, nam* Cancer, Canceris, *nunc exoleuit.*

*Tertiæ, vt* Agger, Wall/anſer, Ganß/carcer, gefängnuß/imber, Regen/veſper, Abendt/ *&c.*

*Excipitur* Linter *Fœmininum.*

*Neutra ſunt,* Cadauer, ein todter cörper/Iter, weg/ Ver, Früling/Spinter, Tuber & Vber, Bruſt.

*Et nomina in* Er *quæ herbas ſeu fructus terræ ſignificant, vt* Papauer, piper, citer: *Item* Siſer, & Lauer, *quæ apud Plinium leguntur etiam fœmmina.*

Cucumer, *vel potius* Cucumis, *Maſculinum eſt.*

IR.

IR iunges Maribus: tamen Hir non flexile vult.
Hoc.

*In* IR *Significatione Maſculina ſunt*, *vt* Vir, Mann/ Leuir, Schwager/ Treuir, Triumuir, Septemuir, Decemuir.

Martyr, *id eſt*, *teſtis ex Significatione Commune eſt.*

Hir, *id eſt*, *vola manus*, *Neutrum eſt indeclinabile.*

OR.

Eſt OR Maſculei generis: tamen Hæc petit Arbor.
Et Neutri generis, Cor, Ador ſunt marmor & Aequor.

*Nomina in* Or *Maſculina ſunt*, *vt* Amor, Liebe/ rumor, gaſſengeſchrey/ color, farb.

*Huc refer Verbalia quæ habent Fœmininum in* TRIX: *vt* Tonſor, Scherer/ victor vberwinder/ venator, Jäger/ bellator, Kriegßman/ vltor *&c.*

*Sic* Auctor ab augeo, *cuius Fœmininum eſt*, Auctrix.

*Excipitur* Arbor, Baum/ *Fœminini generis.*

*Ex quatuor Neutra*, Cor, Hertz / Ador, Marmor, Marmelſtein/ & AEquor.

VR.

Hor dat VR: Hic Furfur capiet cum Vulture, Turtur.

*In* Vr *Neutra ſunt*, *vt* Guttur, Kehl/ murmur, gemuhr/ ſulfur, ſchwebel/ *&c.*

Exci-

*Exciuntur tria Maſculina, vt* Furfur, Kleyen/ Turtur, Turteltaub/ *&* Vultur, Geyer.

As.

As petit Hæc; Dat Hic As Primæ: Et cui Patrius Antis.
Hic As aſsis; At Hoc Vas vaſis, faſque, nefaſque.

*In* As *Fœminina ſunt: vt* Charitas, Liebe/ Veritas, warheit/ lampas, ampel/ olympias, *&c.*

*In* As *Primæ declinationis ſunt Maſculina, vt* Satanas, Tiaras, Pharias.

*Maſculina ſunt qua habent* Antis, *in Genitiuo, vt* Atlas, gigas, elephas, adamas, acragas: *Quibus additur* As aſsis.

*Neutra ſunt*, Fas, nefas vas, vaſis: *Nam* vas, vadis, *ex Significatione Maſculinum eſt.*

Es.

Es Primæ Mas eſt: non Primæ, ſed Muliebre.

*In* Es *Primæ declinationis ſunt Maſculina, vt* Cometes, Planetes, Pſaltes, *vel* ta.

*Huc ſpectant multa nomina lapidum*, Achates, pyrites, ophites. *Sic* Abſinthites, myrtites, aromatites, ceraſtes.

*In* Es *Tertiæ vel Quintæ declinationis ſunt generis Fœminini, vt* Sedes, Stul/ nubes, Wolck/ fames, Hunger/ *Tertiæ declinationis.*

Species, Geſtalt/ acies, ſpitz/ facies, angeſicht/ *Quintæ declinationis.*

*Excipiuntur.*

Fußweg/ Rebſchoß/ marckſtein.
Maſcula ſunt, Trames, Palmes, cum Limite, Ceſpes,

Steck/
Et Fomes, Termes, Gurges, cum Stipitè, Poples.
Fuß/ Wandt/ Dörn/
Pes, Aries, Paries, cum Verre, & Acinace. Vepres.
Teppich/ Keſſel.
Indiges accedat, Magneſque, Tapeſq;, Lebeſq;.
*His* Tudes, *atque* Ames, *cum Maſcula legeris adde.*
Ertz.
Hoc AES, Hippomanes, Nepenthes, ceu Cacoethes.

*Quatuor hæc,* AEs, hippomanes, Nepenthes, & Cacoethes, *ſunt generis Neutri.*

Eſto Dies Dubium: Sed Compoſitum eſto Virile.

Dies *eſſe Dubÿ generis ſuperius diximus.*

*Inde Plurale tamen legitur ſæpius Maſculinum.*

*Compoſitum eius* Meridies, Mittag/ *eſt ſemper generis Maſculini.*

Is.

Nomina in Is Muliebre genus plerunque ſequuntur.
Martia Vix, vxoria Lis: teterrima Peſtis.

*In* Is *Fœminina ſunt, vt* Vis, Gewalt/ lis, zanck/ peſtis, Peſtilentz/ vallis, thal/ auis, vogel/ nauis, ſchiff/ turris, Thorn/ ſtrigilis, noualis, *vel* hoc nouale.

*Excipiuntur.*

Bürde/ ſchwert.
Maſcula ſunt, Caſsis *pro reti* Faſcis, & Enſis.
bergle/ blaßbalch/ Circkel
Et Collis, Follis. Sic Callis, Pollis, & Orbis.

Fiſch/ Monat/ Köl/
Et Piſcis, Menſis ſic Caulis, Vomis; Aqualis.
Bengel/ Thürpfoſt.
Et Fuſtis, Poſtis, ſic Vectis, Torris, & Axis.
Ratz/ ſtein/ Staub/ Blut/ Worm/ Nägel/
Glis, Lapis, & puluis, ſic Sanguis, Vermis, & Vnguis,
Schlang/ Ranel/
Mugilis, & Delphis, Cucumiſq; Anguiſq; Canalis.
Brot/ Eſſchen/ Fewr.
Et ſentis, plurale ferè: Panis, Cinis, Ignis.
Haar/ Seil/
Atque Amnis, Crinis, Funis, Penis: Licet omnem
Huc mittas ſobolem quæcunque ſit eſſe creata.

Caſsis huius { Caſsis, *pro reti, Maſculinum eſt, & Plurale ſæpiùs.* Caſsidis, *pro galea, eſt Fœminini generis.* }

Hic Vomis *rarò Sæpiùs* hic Vomer.
Hic Acinacis, *vel* acinaces, cis, *& ſæpiùs* Acinaces, cæ.
Hic Delphis, *& ſæpiùs* Delphin, *vel* Delphinus, *apud Latinos.*

*Partes aßis Tertiæ declinationis quauis terminatione Maſculina ſunt.*

Es, *vt* hic bes, *vel* his beſsis.
Is, *vt* Semis, *vel* ſemiſsis, treſsis, decuſsis, centuſsis.
Ns, *vt* Triens, quadrans, dodrans.
Nx, *vt* Quincunx, ſeptunx, deunx.

Os.

Hic dat nomen in Os; Hæc Arbos; iungito Cos, Dos,
Hoc Epos, atq; Chaos, Melos; Hoc Os oris & oſsis.

*In Os Maſculina ſunt, vt* Mos, gewonheit/ flos, blum/ honos, ehr/ lepos monoceros.

*Excipiuntur tria Fœminina,* Cos, wetzſtein/ dos, & arbos.

*Et quatuor Neutra,* Epos, chaos, melos, os oris, & oſsis.

Vs.

Vs petit *Hic*, Quartæ quod claſsis ſiue Secundæ,

*Nomina in* Vs, *Secundæ vel Quartæ declinationis, ſunt Maſculina.*

*Secundæ declinationis: vt* Annus, Jahr/ oculus, aug/ digitus, finger/ gibbus, heger/ aceruus, hauff.

*Quartæ declinationis, vt* Senſus, Sinn/ viſus, geſicht/ auditus, gehör/ tactus, das taſten/ guſtus, das ſchmecken/ odoratus, das reichen.

*Excipiuntur decem Fœminina, & tria Neutra.*

Hauß/ Erde/ ſpinrock/

Fœmineum Domus eſt, & Vannus, *Humus*, Colus, Aluus.

Handt/ bedeckter gang/ Nadel.

Et tribus, atque Manus, ceu Porticus, atque Acus Idus.

Gifft/ gemein volck/

Hoc Virus, Pelagus, Vulgus, quod rarius hic dat.

Vulgus, *in Accuſatiuo,* Vulgum, *eſt aliquando Maſculinum.*

*Græca in* V s *Secundæ declinationis.*

Græcula in Os, quæ Roma per Vs cõmuniter effert

Maſculeo inflectes genere, & quædam Muliebri.

*Græca in* V s *Secundæ declinationis, quæ Græcis in* Os *deſinunt:*

*ſinunt: ſunt partim Maſculini generis partim Fœminini.*

*Maſcula ſunt*, Tropus atq; typus, crocus ac hyacinth.
Et Logus, atque planus zelus, narciſſus, acanthus.
Cãtharus, atq; cadus, cyathus ſcyphus, ac paradiſus.
His prologus ſtylus, coſtus, iunges alabaſtrus.
Pleraque quis certamine queas præſcribere legem.
Auctores imitare bonos, hæc regula certa eſt.

*Fœminini generis ſunt iſta*, Papyrus, eremus.
Biblus, & hyſſopus, diphthongus, byſſus abyſſus.
Nardus, & antidotus, balanus iungatur, & arctos.
Lecythus, atq; pharus, cryſtallus, tum diametros.
Quicquid ὁδὸς format, veluti methodus, ſynoduſque.
Cum multis alijs, quæ nunc perſcribere longum,
Vs Ternæ eſt Neutri generis, ſi paucula demas:
Pus podis orta, Lebuſque & Mus, nam Maſcula ſunto.

*In* Vs *Tertiæ declinationis ſunt pleraque Neutri generis, vt* Genus, Geſchlecht/ vlcus, geſchwär/ vulnus, wunde/ munus, gaab oder ampt/ corpus, leib/ pectus, bruſt frigus, kälte/ tempus zeit.

*Excipiuntur pauca Maſculina*, Mus, Mauß/ lepus, haß/ *& à* Pus podis *compoſita*, Tripus, antipus, chytropus.

*Et non nulla Fœminina, ac duo dubia.*

Vs Muliebris erit Patrio dans Vdis, & Vtis.
Vt Subſcus, incuſque, Palus, Virtuſque, Saluſque,
Quæque Senex, Iuuenis, Seruus, tibi nomina gignunt.

*Fœminina ſunt quæ habent* Vdis, *vel* Vtis *in Genitiuo.*

 Vdis,

Vdis, *vt hæc tria*, Pelus, incus, ſubſcus.

Vtis: Virtus, macht oder Tůgendt / ſalus, heyl / ſenectus, alter / iuuẽtus jugendt / ſeruitus, leibeigenſchafft dienſt.

Dat Pecus hæc pecudis: Pecus hoc pecoris ſibi iũgit.
Hoc Specus, atque penus deflexit Tertius ordo.
Hic aut hæc Specus, atq; penus, dic ordine Quarto.

Pecus, Vich / pecudis, *eſt Fœmininum*, Pecus, herde vichs / *eſt generis Neutri.*

Specus, hőle / *&* Penus, allerley ſpeiß vnnd tranck zu vorraht gehaltẽ. *Tertiæ declinationis ſunt Neutri generis. Sed Quartæ declinationis ſunt generis Dubij, de quibus ſupra*

AVS.

Hæc poſcunt Laus, Fraus: Nec plura hoc fine leguntur.

*In* Aus *duo ſunt*, Laus, Lob / *&* Fraus, betrug / *ambo, Fœminina.*

*S. Præcedente Conſonante.*

*S.* dato Fœmineis ſi Conſona ponitur antè.

*In S. præcedente Conſonante, ſunt Fœminina: vt* Vrbs, Stadt / frons, ſtirn / pars, theil / puls, brey / mens, verſtandt / hiems, winter / forceps, zang / ſcobs, *vel etiam* hæc ſcobis.

Brũn / Berg / Zandt / Brück.

Maſcula ſunt Fons, Mons, Dens, Pons, Gryps, adde Calybſque.
Et Polyſyllaba in Ens, & in Ops, teſtatur vt Hydrops.

Fons, mons, *&c.* *Polyſyllaba* Ens, *& in* Ops *ſunt Maſculina.*

Ens

Ens *vt* Torrens, nefrens, libripens; *item* Bidens *&* tridens *pro inſtrumentis ruſticis: nam* bidens *pro oue eſt Fœmininum.*

*Sunt etiam ambo interdum Adiectiua generis omnis.*

Ops, *vt* Hydrops, Cyclops, conops, merops.

T.

Quod T finitur, ſi fixum ponito Neutrum.

*Subſtantiua in* T *finita, ſunt Neutri generis: vt* Caput, Haupt/*cũ compoſitis* Sinciput, vordertheil des haupts/ occiput, occipitium, hindertheil/deß haupts.

Tot, Quot, *cum ſuis compoſitis ſunt Adiectiua.*

X.

Nomina in X vt lex, vox, nox, Muliebria dices.
Sed Polyſyllabo in Ax & in Ex, genus adde Virile.
Dic tamẽ hæc Fornax, Similax, Carex, velut Halex.
Et Vibex, forfex, Thomex, adiunge Supellex.

*Nomina in* X *ſunt Fœminina, vt* Pax, Friedt/lex, geſatz/vox, ſtim̃/oder wort/nux, nuß/ ſandyx, ſcandix, maſtix *pro flagello. Sed compoſita ex ſignificatione Maſcu-lina ſunt,* Homeromaſtix, Tulliomaſtix, Virgilio-maſtix.

*In* Ax *&* Ex, *Polyſyllaba (id eſt, plurium ſyllabarum) ſunt Maſculina.*

Ax, *vt* Thorax, harpax, abax, nycticorax.

Ex, *vt* Codex, Buch/pollex, daum/vertex, pulex, floch/cimex, wantze.

*Excipiuntur octo Polyſyllaba Fœminina,* Fornax, ſimi-lax, *&c.*

Thomex *dicitur, vel* thomix, *aut (vt ſcribunt non-nulli)* Tomex.

*Excipiuntur & alia quædam Maſculina.*

Maſcula ſunt Fornix, Phœnix, cum Varice Natrix.
Et Coccyx, & Eryx, & Oryx, Spadyxq́ue, Calixq́;
Grex, Tradux, Voluox: Nomenque quod Vncia præbet.

Nomenq́ue quod vncia, *&c. Quæ ab* Vncia *formantur, ſunt Maſculina: vt* Quincunx, ſeptunx, deunx, ſeſcunx, *&c.*

## ANNOTATIONES.

### De quibuſdam Nominibus in X, quæ genus interdum variant.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hic | Limax, | *Vſurpantur tamen Fœmininè à* | *Plinio,* |
| | Cortex, | | *Virgilio,* |
| | Culex, | | *Plauto,* |
| | Borſex, | | *Vitruuio,* |
| | Obex, | | *Plinio,* |
| | Latex, | | *Accio,* |
| | Pumex, | | *Catullo,* |
| | Silex, | | *Virgilio,* |
| | Natrix, | | *Lucilio,* |
| | Varix, | | *Quintiliano, Seneca.* |

## APPENDIX.

### De nominibus quorum Genus nonnunquam aut Significatio aut Terminatio mutat ac variat.

*Significatio Genus variat.*

Ipſum ſæpè Genus variat res Significata.
Hadria, *Mas fluuium; ſed Fœmina denotat vrbem.*

Manna

Manna *cibus cœli petit* hoc: hæc *micula thuris.*
Hæc Tuber *eſt arbori* Tuber hic *fructum notat eius.*
Hoc Tuber, *terræ callum dic, ſiue tumorem.*
Hæc Pharus *Inſula flectatur, ſed Turris,* hic *aut* hæc.
Hic Seps *eſt ſerpens:* hæc *fures arcet ab hortis.*
Hæc Stirps *progenies: ſed truncus captat* hic *aut* hæc.
Hic Bombyx *vermem:* Bombyx hæc *dicito lanam.*
Hæc Calx *ſit muri: ſit* hic *aut* hæc *ima pedis pars.*

### *Eſt vbi Significatio mutet & genus & Declinationem.*

Hic genus & Flexum res mutat ſignificata.

Pallas, Pallantis *nomen dic eſſe virile.*
Pallas, adis *formans dic ſignificare Mineruam.*
Hic Cenchiris *ſerpens, non creſcere vult Genitiuo.*
Hæc Cenchiris, *volucris Genitiuum* Cenchridis *effert.*
Hic Ficus, fici, *pro morbo flectitur aptè.*
Hæc Ficus, fici, *vel* ficus, *fructus & arbor.*
Hic Palus, pali, *lapis eſt qui terminas agros.*
Hæcque Palus, udis, *locus eſt ſeu terra paluſtris.*

### *Terminatio mutat interdum Genus.*

Interdumque Genus variat mutatio finis.

Barbiton hoc *flectes: hic aut* hæc Barbitus *effer.*
Ilion hoc *profert:* hæc Ilios *alta legetur.*
*Sic* Lesbos, Lesbon *dices, &* Abydos Abydon.
Hic Python, *ſignat ſerpentem:* Hæc *denotat vrbem,*
Hæc Pythoque *Dea eſt, noſtris Suadela vocata,*

CAPVT

# CAPVT II.

*Declinatio eſt dictionis in fine per caſus variatio.*

*Dicitur &* Flectio, *&* inflectio, *interdum* Ordo, *vel* Claſsis.

## Declinationis Schematiſmus.

Declinatio Nominis.
- Simpli-cis.
  - *Analoga. & Regularis,*
    - *Prima, Secunda, Tertia, Quarta, Quinta,* — *De qua nunc ordine.*
  - *Anomala, & Irregula-ris.*
    - *Varians, Deficiēs, Abundās.* — *De qua in Hete-roclitis.*
- Compoſiti ex
  - *Duobus Rectis, Recto & obliquo, Duobus Obliquis,* — *De qua poſt Quintam declinationem.*

## REGVLAE IN DECLINATIONIBUS obſeruandæ.

### I.

Eſt primo Quintus ſimilis: *S*ed tolle *S*ecundæ.
Nomina in Vs: Tum Græcula in *S*, multa excipiantur.

*Vocatiuus eſt Nominatiuo ſimilis.*

Hæc Muſa, ô Muſa: Hic Puer, ô puer.

*Excipiuntur nomina in* Vs *Secundæ declinationis, vt dicetur ſuo loco Secunda declinatione.*

*Et*

*Et Græca in S abiiciunt ferè* S *in Vocatiuo* : Thoma, Anchiſe, Theſeu Panthu Pari, Palla. *A Nominatiuis* Thomas, Anchiſes, Theſeus, Panthus, *&c.*

II.

Sic ſimilem Terno Sextum Pluraliter eſſer.

*Datiuus Pluralis eſt Ablatiuo ſimilis: vt Datiuo & Ablatiuo,* Muſis, pueris, patribus.

III.

In neutris Primus, Quartus, Quintus, ſimiles ſunt.
Quolibet in numero: Per A quæ Pluraliter edes.

*Neutra habent tres caſus ſimiles in vtroque numero, Nominatiuum, Accuſatiuum, et Vocatiuum, qui in plurale ſemper deſinunt in A: vt* Scamnum, cubile, cornu. *Pluraliter,* Scamna, cubilia, cornua.

IIII.

Syncopa Plurali non nunquam fit Genitiuo.
Neutra notanda quibus per rarò Syncopa fiet.

*Genitiuus Pluralis admittit aliquando Syncopen. Syncope eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ è medio dictionis: vt* Cœlicolûm, *pro* Cœlicolarum: Deum *pro* Deorum, Nummûm, *pro* orum.

*Neutra rariſsimè admittunt Syncopen.*

## Annotationes.

*Fit interdum hæc Syncope in Prima, Secunda, Tertia, & Quarta declinatione,*

*In Prima, vt in nominibus Patronymicis, vt* Dardanidûm, *pro* arum. *Et in compoſitis ex* Colo, *&* Gigno, *vt* Cœlicolum *pro* arum; Terrigenum, *pro* terrigenarum.

*In Secunda, vt* Diuûm, *pro* Diuorum. *Sic* Deûm Nummûm

Denariûm, Seſtertium, *pro* orum. *Item in adiectiuis*, Magnanimûm; *pro* orum *Maximè in diſtributiuis*, Quinûm, Senûm, Septenûm, Denûm, *etiam apud Oratores.*

*In Tertia, in nominibus in* Ans *&* Ens, Petulantûm, *pro* ium Adoleſcentûm, *pro* ium. *Sic* Ciuitatûm, vtilitatûm, optimatûm, locupletatûm, Quiritûm, *&c. pro* ium.

*In Quarta: Virg.* Quæ gratia currûm, *pro* uum. *Sic* Nurûm paſsûm, *pro* uum. *Eſt tamen in Quarta rarior.*

# DE PRIMA.
## DECLINATIONE.

### *Terminationes Nominatiui.*

Prima dat AS, Es, E fines, & A flexio: VIX AM.

*Prima declinatio habet quinque Terminationes,* A, As, Es, E, *&* AM.

*In* A *ſunt* { *Partim Latina. vt* Menſa, Roma, Catelina. / *Partim Græca, vt* Eccleſia, Oſſa, Iphigenia }

*In* As, Es, E. *ſunt omnia Græca.*

*In* { AS, *vt* Andreas, Aeneas, Boreas. / Es, *vt* Anchiſes, Priamides, Pſaltes. / E, *vt* Paraſceue, Pentecoſte, Penelope. }

*In* AM *paucißima ſunt, eaq; perigrina & Hebraica, virorum propria: vt* Adam Abraham.

### *Genitiuus & Datiuus.*

AE Patrio, Ternoque: Sed Edat in Es Genitiuum.

*Genitiuus & Datiuus ſingulares deſinunt in* AE *diphthongum: vt* Menſa, menſæ, Andreas, Andreæ, Anchiſes, Anchiſæ, *&c.*

*Eſt autem* Diphthongus, *( quaſi biſona ) genitiuus vnius ſyllabæ ſonus, & ſunt quinque,* AE, OE, Au, Eu, *&* Ei.

*Græca in* E *faciunt Genitiuum in* Es: *vt* Hæc Epitome, huius epitomes, huic epitomæ.

*Sic* Pentecoſte, Paraſceue, Ode, Lethe, *&c.*

*Quibuſdam Datiuus nominatiuum in* E *ſine Diphthongo ſcribitur, Datiuus ſit Nominatiuo ſimilis.*

*Accuſatiuus.*

Poſtulat AM Quartus Latius: Sed Græcus in N. fit.

*Nomina Latina Primæ declinationis habent* AM *in Accuſatiuo: vt* Conuiua, Gaſt / collega, amptgenoſſen / mappa, Tiſchtuch / verruca, wartzen *Accuſatiuo* AM.

*Accuſatiuus Græcorum deſinit litteram* N.

A: *vt* AEtna, Oſſa, Iphigenia: *Accuſatiuo* AM *vel* AN.
As: *vt* AEneas, Elias, Boreas: *Accuſatiuo* AM *vel* AN.
Es *&* E *habent* EN *in Accuſatiuo: vt* Anchiſes en; Muſice, cen; *Accuſatiui verò* Anchiſam, Muſicam, ſunt *à Nominatiuis in* A, Anchiſa, Muſica.

*Vocatiuus.*

Primo eſt par Quintus: Sed in As, Es, abijciunt S.

*Vocatiuus eſt Nominatiuo ſimilis, vt* hæc *&* ô Catharina, Penelope, Adam, *&c. Sed in* As, *&* Es *abijciunt* S *in Vocatiuo: vt* ô AEnea, Hieremia, Anchiſe. *&c.*

*Ablatiuus.*

A Sextus donat; Tamen Es atque E retinent E.

*Ablatiuus deſinit in* A: *vt* ab hac Muſa, AEnea.

*Sed in* Es, E *retinent* E *in Ablatiuo: vt* ab hoc Anchiſe, ab hac Penelope.

*Sed*

*Sed Ablatiuus* Anchiſa, *eſt à Nominatiuo* Anchiſa.

*Nominatiuus & Genitiuus plurales.*

Primus pluralis fit in AE: Genitiuus in Arum.

*Nominatiuus Pluralis deſinit in* AE *diphthongum, vt* Aula, æ, ara, hara, arrha. *&c.*

*Genitiuus Pluralis deſinit in* Arum, *vt* Cœlicola, arum, Terrigena, arum, *vel* Cœlicolûm, terrigenum *per Syncopen.*

*Datiuus & Ablatiuus.*

Tertius & Sextus dant Is: Tamen effer in Abus.
Filia, Mula, Deæ, Liberta, Equa, Nata, Duæ, Ambæ.

*Datiuus & Ablatiuus plurales deſinunt in* Is, *vt* his Méſis, mappis.

*Octo, vt à Maſculinis diſtinguantur, formant Datiuos & Ablatiuos in* Abus, *vt* Filia, filiabus, Dea, deabus, *&c.*

*Legimus tamen etiam cùm tollitur ſexus ambiguitas*: Filijs, natis, equis, *Porrò* Animabus, Famulabus, *Eccleſiaſticis relinquendæ ſunt.*

*Accuſatiuus.*

Accuſatiuus pluralis ſemper in As fit.

*Vt* has Animas, crumenas, legenas, ſitulas.

*Vocatiuus & Ablatiuus.*

Eſt primo Quintus ſimilis, Ternoque Latinus.

*Vocatiuus Pluralis eſt Nominatiuo ſimilis, vt* hæ Muſæ ô Muſæ.

*Ablatiuus eſt ſimilis Datiuo: vt* his Muſis, ab his Muſis.

ANNO:

ANNOTATIONES.

## De caſuum anomalia.

*Nomina quædam Primæ declinationis formabant olim, Græcorum more, Genitiuum in* As, *Ennius*, Dux ipſe vias *Liu. Andro* Filius Latonas, *Nænius*, Filij terras *Virg.* Nihil ipſe nec auras, nec ſonitus memor.

*Sed caſus iſte priſcus, nec pueris vſurpandus, niſi in dictione* Familia, *vt* Pater familias, materfamilias, filius familias, *&c quæ iam in vſu doctorum recepta ſunt.*

*Legitur tamen*, Pater. *&* Patres familiæ, *&* familiarum, *apud Cæſarem, Salluſtium, M. Brutum De Officijs, &c.*

*Poetæ præterea Diphthongum* AE *Genitiui caſus per diereſin aliquando diuiſerunt in* Ai *Virgilius.*

Aulai in medio libabant pocula Bacchi.

*Sic* Aurai, aquai. pictai, *pro* Auræ, aquæ *&c.*

*Martialis*, Terrai, frugiferai.

*Lucretius*, Animai, gelidai, aquai.

*Ennius*, Albai Rex longai, *inquit.*

*Lege, ſi libet, Quintilianum lib. 1. cap. 7.*

*Sed vt Genitiuus in* As *Græcanicus eſt, ita hic Poëticus, & Archaiſmū redolens, par eiuſque, niſi in opere fortaßis magno, à nobis vſurpandus eſt.*

*Obſeruandum præterea Græca nomina in* Es *&* E, *à Latinis non nunquam verti in* A, *& Latina cum forma declinari.*

*Es, vt* Anchiſes, *vel* a Cometes. Planetes, *&c. vel* a.

*E, vt* Helene, *vel* a *Sic* Nymphe, epitome, *&c. vel* a

*Et pleraque artium nomina*, Grammatice, Dialectice, *&c. vel* a.

*Pluraliter omnia ſequuntur Latinorum: vt.*

*Pluraliter*, Epitomæ. arum, is, as, æ, is.

*In* Am, *quamuis Græcè & Hebraicè indeclinabilia ſunt, quidā tamen tanquam à Nominatiuis in* As: Adas, Abrahas, *declinant in Genitiuo & Datiuo*, Adæ, Abrahæ, *reliqui caſus ſunt Nominatiuo ſimiles: & hinc diſtichon.*

Nomina in AM dant AE, Genitiuis atque Datiuis

Sed caſus reliquos ſimiles Primo eſſe memento.

*Sed hic puer admonendus, vocabula Hebræa, vel alterius barbaræ & peregrinæ linguæ, a Latinis raro declinari, niſi Latina docêtur terminatione, cuiuſmodi ſunt* Adamas, Abrahamus, Iacobus, Ioſephus, Iobus, Abelus, Gabrielus, *&c. De his plura in Heteroclitis, vbi agemus de caſu deficientibus.*

# DE SECVNDA DECLINATIONE.

### *Terminationes Nominatiui.*

Vult ER, IR, VR, vel VS, VM fines retinere Secunda.
Græcorum fines, flexumque docet Scoliaſtes.

*Secunda Declinatio habet quinque terminationes Latinas videlicet,* Er, Ir, Vr, Vs, *&* Vm.

*In* Er *Latina ſunt, vt* Puer, *& nonnulla Græca vt* Menander, *&c.*

*In* Ir, *vnicum eſt: vt* Vir *cum compoſitis,* Leuir, Treuir, *&c.*

*In* Vr, *etiam vnicum : vt* Satur, a, um. *Adiectiuum.*

*In* Vs, *partim Latina ſunt, partim Græca,* Dominus Ptolomæus.

*In* Vm, *tum Latina tum Græca.* Templum Euangelium.

*Sunt etiam quinque Terminationes nominum tantùm Græcorum in hac Secunda declinatione; ſed cum talium declinatio coniuncta ſit cũ aliqua difficultate, nec ſtudioſis ante lectionem Poetarum magnoperè neceſſaria; reiecimus eam ad infrà ſcriptas Annotationes, pueris tunc primum proponendas, cùm Præcepta huius Secundi libri magis neceſſaria fuerint bene cognita.*

Geniti

*Genitiuus.*

1 Genitiuus habet, Recto pariſyllabus ipſi.

*Genitiuus deſinit in* I, *vt* Magiſter Magiſtri : ager, agri. *Et numero ſyllabarum Nominatiuo æqualis eſt, quod dicunt Grammatici, Genitiuus non creſcit: vt* Ventus, venti, Auſter, auſtri: templum, templi, *&c.*

*Genitiuo creſcentia.*

Nomina in IR, velut VR, creſcunt: Quibus hæc in ER addas.

Prieſter.

Presbyter atque Puer, Socer, ac Gener, Exter, Adulter.

Ehebrecher.

ellendig / zerriſſen / glücklich / recht / zart / rauch /

Et Miſer, atq; Lacer, Proſper, Dexter, Tener, Aſper

Mulciber & Gibber : Verbiſq; Fero, & Gero nata.

*Nomina in* IR, VR, *& pauca in* ER, *creſcunt in Genitiuo, hoc eſt, habent plures ſyllabas in Genitiuo quàm Nominatiuo vt* Vir, viri: Satur, ſaturi : Presbyter, presbyteri, *&c*

*Creſcunt etiam quæ formantur à Verbis* Fero, *&* Gero: *vt* Lucifer, furcifer, Armiger, clauiger.

*Pauca variant Genitiuos* Dexter, eri : aſper eri: *& apud poëtas* Dexteri aſperi, *per Syncopen.*

Mulciber, Mulciberi, *vel* Mulcibri : *aut potius per Tertiam declinationem,* Mulciberis, *&* Mulcibris.

Gibber, *id eſt gibbus, vel gibboſus : nunc Subſtantiuum, nunc Adiectiuum eſt, vſitate habet* Gibberi, *in Genitiuo.*

Liber, *pro Baccho, nomen proprium: aut pro ingenuo Adiectiuum* Liberi, *habet in Genitiuo: ſed pro codice,* Liber, libri, *non creſcit.*

Iber, Iberis *penultima longa, Tertiæ declinationis: vel* Iberus, ri, *id eſt Hiſpanus. Quidam flectunt etiam per Secundam declinationem* Iber, Iberi, *penultima longa. Hinc* Celtiber, Celtiberi, *vel* Celtiberis, *penultima etiam producta.*

Veſper, veſperis, *Tertiæ declinationis, vel* Veſperus, veſperi, *Græcè* Heſperos, *aut* Veſpera, veſperæ.

*Verſiculus.*

Veſper erit Ternæ: ſed Veſperus eſto Secundæ.

*Genitiuus in* IVS.

*keiner auß zweyen/welcher von den zweyen/

Hæc Ius ambiguum dant. *Neuter, *Vter, ſocijq́;

einer/ gantz/ allein/ keiner/ jemandt.

Atque Vnus. Totus. Solus; ſic Nullus, & Vllus.

Eſt breuis Alterius Patrius. ſed longus Alius.

Iſta per I Ternum formant Pronominis inſtar,

*Pauca quædam Adiectiua habent* Ius *in Genitiuo, penultima modò breui, modò longa, in carmine, ſed in proſa ſemper longa.*

*Et* I *in Datiuo, more Pronominum Secundæ declinationis,*

*Vt,* Vnus, a, um *Genitiuo* vnius, *Datiuo* vni.

Vter, vtrius, vtri, Neuter, neutrius, neutri.

Socijq́ue, *id eſt, ſic cætera ab* Vter *compoſita formant Genitiuum: vt* Vterque, allebeydt/ vteruis, vterlibet.

*Excipiuntur à regula duo.*

Alter, auß zweyen einer/alteriꝰ, *penultima ſemper breui*

*Et* Alius, ein ander/*Genitiuo* aliùs, *penultima longa.*

*Sed Datiuo* Alij, *penultima correpta.*

*Datiuus & Ablatiuus.*

Tertius & Sextus formantur in O tibi caſus.

*Datiuus*

*Datiuus & Ablatiuus deſinunt in* O: *vt* Puer, puero, Vir, viro: Dominus, domino.

*Accuſatiuus.*

Accuſatiuus numeri anterioris in VM fit.

*Accuſatiuus Singularis deſinit in* Vm: *vt* Dominus, dominum, Magiſter, magiſtrum, *&c.*

*Vocatiuus.*

Eſt Primo Quintus ſimilis. Tamen Vs dat E Quinto.

Nomen IVS Proprium formabit in I tibi Quintum.

*Vocatiuus eſt ſimilis Nominatiuo*, Hic magiſter, vir, ſatur, templum: ô Magiſter, vir, ſatur, templum.

*Nomina in* Vs *habent* E *Vocatiuo, vt* ô Domine, ô tabellarie, breifftrâger/ſocie, geſell/nuncie, bott/egregie, fürtreſſlich/*&c.*

*Propria virorum in* Ius, *habent* I *in Vocatiuo, vt* Antonius, ô Antoni, Virgilius, ô li: Mercurius, ri: *Accentu acuto in penultima.*

*Sic* Cai Caius *habet*, Pompeius, *dicito* Pompei.

Filius, ô fili: Deus ô Deus, haud Dee profer.

Dant E vel Vs Quinto, Fluuius, Populus, Chorus, Agnus.

Filius, *licet Appellatiuum, habet* Fili *in Vocatiuo*, Deus, *verò habet* ô Deus, *non* Dee.

*Quatuor vel quinque habent* Vs, *vel* E *in Vocatiuo, vt* Fluuius, us *vel* e, populus, volck/ûs, *vel* e: *quibus recentiores* Chorus, ein vile deren die ſingen oder dantzen/ *&* Agnus, lamb/*addiderunt, & nonnulli* Lucus.

*Sed Vocatiui in* Vs *magis ſunt Poetici quàm Oratorũ*

Populus *arbor habet tantummodò* Popule *Quinta.*

*Nominatiuus & Genitiuus Plurales.*

Primus Pluralis fit in I: Genitiuus in Orum.

*Nominatiuus Pluralis deſinit in* I, *vt* hi Domini, magiſtri, viri, *&c.*

*Genitiuus Pluralis deſinit in* orum, *vt* horum Dominorum, magiſtrorum, virorum, *&c.*

*Datiuus, Ablatiuus, & Accuſatiuus Plurales.*

Tertius is poſcit cum ſexto. Quartus in Os fit.

*Datiuus & Ablatiuus plurales deſinunt in* is, *vt* his Dominis, magiſtris, viris, templis, *&c.*

*Accuſatiuus pluralis, exit in* Os. *vt* hos Dominos, magiſtros, viros, *&c.*

*Sed obſeruent hic pueri, quod Neutra habent tres caſus ſimiles, Nominatiuum, Accuſatiuum, & Vocatiuum, qui in Plurali* A *ſemper exeunt, vt diximus ſuperius in Tertia Regula generali.*

*Tria porrò ſunt, quæ à cæterorum analogia omnium maximè receſſerunt,* Deus ambo, & Duo, *quæ hoc modo declinantur.*

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | Deus, | Dei, | Deo, | Deum, | Deus, | Deo, |
| *Plur.* | Dei, | Deorum, | Deis. | Deos, | Dei, | Deis, |
| | Dij, | Deûm; | Dijs | | Dij, | Dijs, |
| | Di, | | Dis, | | Di, | Dis. |

Ambo, & Duo *Dualis ſunt numeri, Singulari numero carentia.*

Ambo

Ambo, Duo, orum, obus, os, o, obus.
Ambæ, Duæ, arum, abus, as, æ, abus.
Ambo, Duo, orum, obus, o, o, obus.

*In Genitiuo plurali Maſculini generis, & interdum, ſed rarò, Neutri generis legitur etiam* Duûm, *pro* orum, *per Syncopen.*

*Et in Accuſatiuo Maſculini generis* Ambo, Duo, *pro* os *Poëticum eſt.*

## ANNOTATIONES.

### De caſuum quorundam varietate.

Neuter, *Genitiuo* Neutrius, *atque etiam* Neutri, *cùm dicimus nomen aliquot eſſe Neutri Generis, quomodo etiam Varro, & Probus nobiliſſimi Grammatici locuti ſunt.*

*Quinetiam veteres omnia illa nomina quæ in* Ius, *formant Genitiuum, declinarunt olim iuxta analogiam nominū Secundæ inflectionis, Vnde apud Ciceronem, pro M. Tullio legimus,* Vnæ rei *pro* vnius. *Apud Terentium inuenies Datiuos,* Totæ Sole, Alteræ, *apud Gell.* Aliæ *pro* Toti, ſoli, alteri *&c.*

Vnus, a, um, *caret Plurali, niſi iungatur dictionibus ſingulari carentibus, vt* Vnæ, litterę, Vna, mœnia, *Salluſt.* Vnæ, atque alteræ, ſcalæ, comminutæ, ſunt. *Sed* Vni homines, vnæ epiſtolæ, *non rectè dicitur.*

*Nomina in* Ius & Ium *finita, alterum* I *Genitiui interdum apud Poëtas per Apocopen abijciunt Iuuenalis.* Antoni gladios; *pro* Antonij, *Et apud Virgilium,* Cura peculi; Pauperis & tuguri, Ignobilis otij; *pro* peculij, tugurij, otij. *Sic idem* Vrbem Pataui, *pro* Patauij.

*Quæ litteram* V *in vltima ſyllaba duplicant, apud Comicos poſterius ſæpè in* O *ſolent conuertere: vt* Hic ſeruos *pro* ſeruûs Hunc ſeruom, *pro* ſeruum. *Sic* Aequom eſt *pro* æquum eſt. Volt, *pro* vult, Volgo, *pro* vulgo, *&c.*

*Veteres,* ô Mercurie, Valerie, Virgilie, *atque hoc genus alia extulerunt in Vocatiuo. Iuniores autem gaudentes breuitate, per ex-*

*tremæ ſyllabæ abſciſſorum,* Mercuri, Valeri, Virgili, *ſeruato accentu prioris Vocatiui, licet in ſyllaba breui, protulerunt.*

*Vocatiuus in* Ai, *&* Ei, *nunc monoſyllabos, nunc diſſyllabos faciunt Poëtæ, vt* Caius Cai, Pompeius, Pompei, *&c.*

## De *Græcorum Anomalia & varietate.*

*Latini in Græcis Græcorum caſus plerumque retinent, Huiuſmodi ſunt Nominatiui* Samos, Pathmos, Rhodos, Lesbos, Abydos, Auctos, Diametros, Ilion, *&c. pro* Samus, Pathmus, *&c.* Ilium.

*Huiuſmodi quoque ſunt Genitiui* Orpheos, Androgeos, *&c. pro* ei.

*Item Datiuus* Orphei, *pro* Orpheo.

*Accuſatiuus* Orphea, *&* Orpheon, Pergamen, *pro* um.

*Vocatiuus* Orpheu, *pro* Orphee, Thymbre, *pro* Thymber.

*Genitiuus Pluralis,* Cimmerion, *pro* orum: Georgicon, *pro* orum.

*Accuſatiuus,* Theſeas, *pro* Theſeos, *&c.*

*Sed vt hæc Græcorum in diclinando varietas faciliùs à rudibus percipiatur, explicemus nunc eam per ſingulos fines.*

Nomina in Eus, velut Vs, On, & Os Græcè eſſe fatere.

*Secunda Græcorum nominum declinatio habet apud Latinos quinque terminationes, ſcilicet* Eus Vs *longum,* Os *longum,* Os *breue, &* On.

Evs: Orpheus, Tydeus, Theſeus, *& alia multa.*

Vs *longum: vt* Panthus *huiuſmodi pauca ſunt.*

Os *longum: vt* Appollos, Androgeos: *& pauca alia.*

Os *breue, vt* Papyros, Dipthongos: Methodos, *&c.*

On: *vt* Ilion, Euangelion, Enchiridion, *& multa alia.*

Nomina in Eus *à Latinis variè declinantur. Sed hæc ſequens declinandi forma eſt omnium maximè vſurpata.*

Eus, ei, eos, eo, eum, ea, eu, eo.

*Nominatiuus deſinit in* Eus *monoſyllabum, & interdum in* eius *diſſyllabum.*

*Genitiuus Latinè deſinit in* ei *duarum ſyllabarum, vel Græcè in*

Eos

Eos, *Poëticè verò Genitiuus* ei *interdũ contrahitur per Synæreſin in vnam ſyllabam ſeu antiquam Diphthongum* Ei, *vel Monophthongũ* I. *vt* Orpheus, *Genitiuo* ei: vel eos, *per tres ſyllabas: vel* Orphei, *aut* Orphi, *per duas ſyllabas.*

*Horatius in Odis:* Laborioſi remiges Vlyſſei.

*Idem,* Heu peruicacis ad pedes Achillei.

*Ouidius,* Iniuria Theſei } *per Synereſin.*
*Virgilius,* Aiacis, Oilei }

*Idem,* Duri miles Vlyſſi.

*Idem,* Exuuiat in ducus Archilli.

Vlyſſei. Archillei, *ſunt à Nominatiuis in* Eus. *Nã quæ in* Es *exeunt, olim in* Eus *exibant Sic olim* Moſcus, *Genitiuo* Moſcus *&* *per contractionem* Moſi, *cùm ſi alioqui Tertiæ declinationis* Moyſes, *vel* Moſes, is, i, em es, e.

*Datiuus Nom inum in* Eus *deſinit non nunquam in* Ei *contractum ſeu monoſyllabum.*

*Virg.* Orphei Calliopeia, Lino formoſus Appollo.

*Idem,* inferas Orphei, Lethæa papauera mittes.

*Accuſatiuus exit in* Eum, *vel* Ea, *penultima ferè breui.*

*Virg.* Antea Sergeſtumque videt, *&c.*

*Interdum penultima longa.*

*Virg.* Ilionea petit dextra.

*Est vbi Accuſatiuus deſinat in* Eon, *penultima breui.*

*Ouid.* Strymoniæ matres Orpheon eſſe ratæ.

*Sed eſt rariſsimum.*

*Sic Accuſatiuus Pluralis legitur in* Eas *correptum.*

Quis fidos Theſeas odit.

*Græca in* ûs *longum pauca ſunt, & Græcè in* eos *exeunt, ſunt omnino Propria, & Maſculina.*

*In Accuſatiuo habent* Vm, *vel* On.

*In Vocatiuo* S *littera abiecta, habent* u.

*Exemplum eſt* Panthus, *In cæteris ſequuntur analogiam.*

*Quæ verò in* Vs *breue deſinunt, vt* Nicolaus, Menelaus, Tropus, Papyrus, Dirphthongus, Methodus, *&c. habent etiam in Accuſatiuo* Vm *vel* On *In cæteris ſequuntur regulas Latinorum.*

*In Os breue vertuntur ferè Latinè in* Vs, *vt* Tropus, typus, papyros, eremos, *&c. Latinè,* Tropus, typus, papyrus, *&c.*

*In Os l[illegible] ſcribuntur à Græcis per O mega, Attica forma declinantur hoc [illegible]*

Androgeos, *ei vel* eo, eo, eo, *vel,* eon, eos, eo.

*Sic* Appollos, Athos, *& Pauca alia.*

*In* On *Latinis in* Vm *vertuntur, & Neutrorum ſequuntur inflectionum, vt* Ilion, Euangelion, Enchiridion, Encomion. *&c.*

# DE TERTIA DECLINATIONE.

## *Terminationes Nominatiui.*

Tertia per multos dat Declinatio fines.

*Tertia declinatio multas habet terminationes.*

*Litteræ verò terminantes ſunt duodecim.*

*Vocales quatuor,* A, E, I, O.

*Conſonantes octo* C, D, L, N, R, S, T, X.

*Eſt verò hæc Tertia declinatio omnium difficillima.*

*In primis, Genitiuus, Accuſatiuus, & Ablatiuus Singulares, & Genitiuus Pluralis, maiorem requirunt obſeruationem: in quibus rectè cognoſcendis omnium maximè pueris elaborandum eſt.*

## *Genitiuus.*

Is Patrius Romanus habet: Sed Græcus Os, aut Vs.

*Genitiuus Singularis deſinit ſemper Latinè in* Is: *vt* Sermo, ſermonis; Sedes, ſedis; Cubile, cubilis.

*Genitiuus Græcorum ſæpè deſinit in* Os, *vt* Pallas, adis, *vel* ados. *Et aliquando in* Vs, *vt* Dido, Didus; Echo, Echus, *&c.*

Regulæ

## *Regulæ Speciales de Genitiuo.*

### A.

Flecte in A, quod Ternæ eſt per Atis, vel atos, Genitiuo.

*Nomina in* A *Tertiæ declinationis habent* Atis, *vel Græcè* atos *in Genitiuo, penultima breui: vt* Dogma, lehr / dogmatis, *vel Græco more*, atos. *Hæc enim & Græca ſunt, & omnia dnſinunt in* Ma, *vt* Aroma, gewürtz / Aenigma, Poêma, Paradigma, Epigramma *&c.*

*Sunt tamen in* Ma, *etiam nonnulla Primæ declinationis, vt* Palma, Dama, Trama, *etiam quædam Græca*, Drachma, mæ, Fama, mæ, *&c.*

### E.

Tempe.

Neutra in E conuertunt E per Is, ſic flecte Cubile,

*Neutra in* E *mutant* E *in* IS, *in Genitiuo: vt* Mare. maris: rete, cubile, ouile, bouile, equile, *&c.*

*Sunt in* E *nonnulla indeclinabilia*, Gauſape, Soracte, Præneſte, Reate, Cære, Nepete. *Item*, Cepe, Cete,

### I.

Græca in I, flecte per IS vel IOS, Ceu Gummi Sinapi.

*Græca in* I *habent* IS, *aut Græcè* IOS, *vel* Eos, *in Genitiuo, vt* Hoc Sinapi, Gummi, *Genitiuo* IS, IOS, *vel* Eos: *Vel* hoc Sinapis. Gummis, *Genitiuo* IS, *Sic* Aepy, yos: Moly, yos, Miſy, yos.

### O.

O produc ônis, velut Herpago, & Vnedo, Sermo.

*In* O *producunt* ònis *in Genitiuo, vt* Harpago, harpagonis, *&c.*

Cor.

Corripe quæ Gentem ſignant; Burgundio præter.
Ænis adoptarunt Anio, Nerio; Caro carnis.

*Gentilia in* O *corripiunt* onis, *vt* Saxo, Teuto, Brito, Seno. Vangio, Macedo, *præter* Burgundio, *quod volunt* O *producere.*

Anio, Anienis; Nerio, Nerienis; à *Nominatiuo in* En *fortaßis, nunc exoleto.*

Do, Go.

Dant Inis in Do, Go, Muliebria: Et Ordo, Cupido.
Sic Cardo, Margo. Sic Turbo, Homo, Nemo, & Appollo,

*Fœminina in* Do *&* Go, *cum paucis aliijs, habent* Inis *breue in Genitiuo, vt* Grando arundo, rohr/ hirundo, ſchwalb/Imago, ſartago, virgo, *&c.*

*Item hæc* Ordo, Cupido, *pro Deo & pro cupiditate,* Cardo margo, *&c.* Turbo, inis, *pro vento.* Turbo, onis, *eſt proprium nomen gladiatoris.*

O Græcum variato modis his Tiro duobus.

*Græca Fœminina in* ω *mega finita, duobus modis declinantur.*

*Latinè,* O, onis, oni, onem, o, one.
*Græcè,* O, us, o, o, o, o.

Talia ſunt Dido, Sappho, Clio, atque Calypſo.
Alecto, Clotho, Manto, Calliſto, Eratoque

C.

Halec, halecis: Lac lactis, ſola leguntur.

Halec, halecis, Lac lactis, *ab antiquo Nominatiuo,* Lacte. *Vtrumque caret Plurali: nam Plurale* haleces, *eſt ab* Halex.

*Plurale verò* Lactes *Fœmininum eſt & aliud ſignificat.*

D.

Idis habet vel Idis Dauid: Bogudis Bogud effert.

Dauid *habet* Dauidis *in Genitiuo penultima communi, hoc eſt longa vel breui, à Nominatiuo* Dauides.

*Sic* Bogud Bogudis, *penultima breui à Nominatiuo* Bogudes, *Ambo peregrina ſunt, ideoq́ natura indeclinabilia.*

AL, EL, IL, OL, VL.

Maſculeum AL dat alis: Neutrum formatur in âlis.
Et elis, Fel, Mel, geminant ll. Sol dato ſolis.
IL dat ilis: Sic VL dat vlis curtum Genitiuo.

*In* Al *Maſculina corripiunt* Alis, *vt* Hannibal, Aſdrubal, Adherbal, Sal *&c.*

*Neutro verò producunt* Alis, *vt* Animal, Tribunal, vectigal.

*In* El & Ol *penultima Genitiui producunt, vt* Michael, Daniel, Sol, ſolis, *Duo* ll, *geminant*, Fel, Fellis, mel, mellis.

*In* Il, *&* Vl, *penultimam corripiunt, vt* Vigil, wechter/ pugil, kampffer/ præſul, oberſter vnder den prieſtern/ exul, vertreibner/ Saul, Saulis, *per tres ſyllabas, penultima ferè longa.*

AN, EN, IN.

AN, ânis, velut, En ênis; ſic IN petit înis.
EN dat inis Neutrum: cui iunges Maſcula quædam.
Vt Pecten, Flamen, Cano nata: At Hymen, hymenis dat.

*In* An En In, *aſſumunt* Is *in Genitiuo penultima longa.*
An, *vt* Titan, titanis. *vel* titanos. Pan, Pæan, *&c.*

En: *vt* Ren, renis Lien, lichen, ſplen, Siren, Trœzen Attagen.

In: *vt* Delphin, inis, *vel* inos. Eleuſin, Salmin:

*In* En *Neutra corripiunt* inis: Nomen, inis, Lumen, Liecht/fulmen bliß/ flamen.

*Item hæc Maſculina*, Pecten. Flamen, *pro Secerdote. Et compoſita à* Cano, Tibicen, tubicen, fidicen, lyricen, *&c.* Hymen, hymenis, *penultima breui: ſed Obliqui Latinis non ſunt in vſu.*

On.

On ônis longum: vel onis breue: vel capit ontis.

*In* On *quædam producunt* Onis; *quædam corripiunt, & quædam habent* Ontis *in Genitiuo, vt hæc pauca exempla conteſtantur.*

*Dant* ônis *longum*, Babylon, Salomon, Simeonque, *Dant breue* onis, Sindon, Lacædemon, ac Agamemnon.

Ontis *habent*, Scazon, Phaêthon, Acheron, & Horizon.

ANNOTATIONES.

*In* On, *quoniam omnia Græca ſunt, abſolutior eorũ cognitio à Græcis petenda relinquitur: in eorum tamen gratiam qui Græcè non norũt, adijciemus hic aliquot nomina in* On, *quæ* onis *vel corripiũt, vel producunt: vel habent* Ontis *in Genitiuo.*

Onis *corripiunt.* Actæon, Alcyon, Amazon: Amphion, Canon, Dæmon, Gnomon, Gorgon, Ixion, Iaſon, Icon, Lycaon, Machaon, Memnon, Palæmon, Pandion, Philæmon, Sarpedon. Sindon, Strymon, *&c.*

Onis *producunt*, Abſalon, Aegon, Agon, Ancon Babylon, Corydon, Cithæron, Damon, Deucalion, Dion, Dracon, Endymion, Gedeon, Helicon, Lacon, Python, Salomon, Samſon Sidon, Simon, Sinon, Solon, Triton, Zenon.

Orion

Orion, Orionis, *penultima indifferenti legitur.*

Ontis *habẽt* Charon, Demophon; Laocoon; Laomedon, Phaethon, Phlegethon, Stilbō, Xenophon, *& alia plura, quæ vel vſu diſcenda ſunt, vel petenda à Græcis.*

AR.

Maſculeum AR dat aris; Neutrum formatur in âris.

Corripiunt Bacchar, Nectar, Par, nata, Iubarque.

Hepar aris. Nar Naris habet; Sed Far dato farris.

*Maſculina in* Ar *corripiunt* aris, *vt* Cæſar, Caſpar, Balthaſar, Bomilcar, Amilcar, *ſic* Lar, *niſi ſit viri proprium.* Nar Naris. *producit.*

*Neutra producunt* âris, Calcar, ſporen/ cochlear, löffel/exemplar vorbildt/puluinar, küſſen/ *Sed* Bacchar, iubar, Nectar, *&* Par, *cum compoſitis corripiunt* aris. *Et* Hepar, hepatis, *vel* hepatos facit.

ER.

ER dat eris; Sed Ver, & Iber, cum Celtiber eris.

*Nomina in* Er, *corripiunt* eris *in Genitiuo, vt* Aër, lufft/ aeris; Mulier, weib/ mulieris. *Sic* Ager behendt/anſer, ganß/carcer, gefänckmuß/acer, geſchwindt/ *Subſtantiuum* celer, ſchnell. *&c.*

*Excipiuntur tria que* eris *producunt*, Ver, Iber, & Celtiber, *quod eſt etiam Secundæ declinationis.*

Ter Tris dat Latium; Lateris Later, excipiatur.

Format Iter itineris; Iouis optat Iupiter ipſe.

*In* Ter *Latina habent* tris *in Genitiuo*, Frater, bruder/venter, bauch/ vter ein zugemachte haut/ darein etwas zufaſſen/ accipiter, raubvogel/ linter, campeſter, ſilueſter, *&c.*

*Excipiuntur*

*Excipiuntur tria.* Later eris, *penultima breui,* Iter, itineris, *ab antiquo Nominatiuo* Iter, *ſic* Iupiter, Iouis, *ab antiquo & inuſitato Nominatiuo* Iouis.

Ter teris longũ dant Gręca; Sed AEtheris, AEther,
Et Pater & Mater per tris formant Genitiuum.

*In* Ter *Græca producunt,* ēris *in Genitiuo, vt* Crater, trinckſchal/crateris; Character, teris; *ſic* Clyſter, Soter, Stater, Panther.

*Excipiuntur & hic tria,* Pater & Mater, *quæ habent* tris *in Genitiuo, &* AEther, ætheris, *penultima breui.*

Mobile Ber dat bris; Veluti cum prole ſua Imber.
Puber & Vber eris: Cer Mobile cris dat; vt Acer.

*Adiectiua in* Bar *habent* bris *in Genitiuo, vt* Celeber, berümbt/celebris: Saluber heylſam/salubris, *&c.*

*Sic* Imber, *cum compoſitis.* September, October, Nouember, December.

Puber, *tamẽ &* Vber fruchtbar/ *habent* eris, *penultima breui.*

*Adiectiua in* Cer *habent* cris *in Genitiuo, vt* Alacer, hurtig/ Volucer. *ſic* Acer, ſchaff/acris, *Adiectiuum ſed Subſtantiuum* aceris *habet.*

Mediocer, mittelmäſſig/ & Paluſter, moſächtig/ *flectuntur rectius ſub duabus vocibus,* Is, *&* E.

IR, & YR.

IR, dat iris curtum: Sic YR vel yris vel yros dat.

*In* Ir, iris *habent penultima breui, vt* Gadir, *dictio Punica* Gadiris: *ſic* Martyr, yris, *vel* yros *Græcum, ſed Latinis vſitatum. Hinc compoſitum* Protomartyr. Hir *eſt indeclinabile.*

OR,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0074-1

## OR.

Oris in Or Latium producit, Corripe Græcum:
Adde AEquor Marmor, Memor, Arbor, Cor dato
cordis.
A Decus & Corpus per oris breue flectimus orta.
Oris Ador vel oris niſi malis Acliton eſſe

*Latina in* Or *producunt* oris, *vt* Amor, lieb / color, farb / concolor, einer farb / diſcolor, von mancherley farb. *Sic Comparatiua*, Doctior, fortior, melior.

*Græca in* Or *corripiunt* oris, *vt* Hector, Neſtor, Stĕtor, Caſtor, Rhetor.

Oris *corripiunt etiam, quæ à* Decus *&* Corpus *componuntur, vt* Bicorpor, Tricorpor. *Sic* Dedecor, indecor, *Sed Nominatiui ſingulares non ſunt in vſu.*

Ador, Adoris, *apud priſcos penultima communi. Nunc Obliqui vix reperiuntur.*

## VR.

VR datuſ irus Fur atque Trifur ducuntur in ûris.
Præbet oris iecur atque, Femur; ſic Robur, Eburque.

*In* Vr uris *corripiunt vt*, Guttur murmur, ſulphur, Tibur, Anxur, *&c.*

*Duo producunt* ûris, Fur, dieb / *&* Trifur.

*Quatuor corripiunt* oris *in Genitiuo* iecur, leber / femur robur. Eychbaum / ſtarcke / ebur: *Plinius ferè* lecinoris, *dicit ab antiquo Nominatiuo* Iecinus, *apud quem tamen alij* Iocinoris, *alij* Iocineris, *legunt.*

## *In* As *Latina.*

As âtis longum: ſed Anas anatis breue format.
Mas Maris, As aſſis. Vas hoc vadis. Vadis, hic vas.

*Latina in* As *producunt* atis, *vt* Veritas, warheit/ Aequitas, billigkeit/ Caſtitas, keuſcheit / Mœcenas. Primas, Aquinas, Malinas, Atrebas, *Sic* Abbas abbatis, *cum vſu Latinorum magis conſentit quam.* Abbas, abbæ.

Anas, anatis, *penultima breui.* Mas maris. As aſſis. Hic Vas, vadis, *id eſt ſponſor. Sed* hoc Vas vaſis, *pro receptaculo.*

*In* AS *Græca.*

Maſcula Græca quidem formabunt Antis & antos.
Sed Muliebria Adis vel ados: quibus additur Arcas

*Græca in* AS *Maſculina, habent* antis *vel* antos *in Genitiuo, vt* Gigas, Elephas. Calchas, Atlas, adamas. acragas, *&* Pallas. *pro Euandri filio.*

*Græca in* As *Fœminina faciunt* adis *vel* ados, *vt* Lampas, Ilias, Olympias, Monas, Trias, Hebdomas, wochen / Decas, Chilas, *&c. Et* Pallas *pro Minerua Item* Arcas, arcadis, *vel*, dos. Ceras, Ceradis, *vel* dos. Orcas, Hyas, Pleias, adis, *vel* ados, *ſæpius pluraliter vſurpantur.*

Es

Es mutatur in Is, velut Herodes, Diomedes.
Sic Pubes, pubis: Sed Puber puberis effer.
AEs, æris, Cereriſque Ceres, formare notandum.

*Nomina in* Es *mutant* Es *in* Is *in Genitiuo, vt* Moſes, Ioannes, Ariſtoteles, Hercules, Vlyſſes, *&c.* Vates, Verres, *& multa Fœminini generis*, Fames. hunger/ cædes, todtſchlag/ ſedes, ſtul/ clades, jämerliche ſchad/ nubes, wolck/ *&c. Sic* Hippomanes, Cacoethes, *Neutri generis.*

Puber

Pubes: pupis, *vel* Puber puberis: *ſic* Impubes, *vel* Impuber, eris. *Vel* Hic & hæc Impubis, & hoc Impube, *Genitiuo* impuberis *vſitatius quam* impubis.
AEs, æris *habet in Genitiuo*, & Ceres, Cereris.

Dant Edis longum, Præs, Merces, iungitur Heres.
Pes dat Edis curtum patrio, quod Nata ſequuntur.
Quod gignit Sedeo dat idis, velut Obſidis Obſes.

Edis *producunt*, Præs, bürg/merces, lohn/heres, erb/
Edis *corripiunt*, Pes & *eius compoſita*, Bipes, zweyfüſſig/tripes, quadrupes, &c.

Idis *corripiunt quæ formantur à Verbo* Sedeo, Obſes, ein menſch der iſt zu pfandt geben/præſes, furſteher/ deſes, faull/reſes.

Etis producunt Locuples, Manſueſque. Quieſque,
His adiungantur quoque plurima nomina Græca,
Etis & is formant Hermes, Thaleſque, Dareſque.

*Latina quædam & plurima Græca producunt* Etis.

*Latina*, Locuples, reich / Manſues, zahm/ ſanfft/ Quies, ruhe/*Sic* inquies *pro* inquiete. & Requies, *accuſatiuo*, Requietem & *vſitatius* Requiem.

*Græca* Lebes, magnes, tapes Cres, Cures, Agnes: *quod legitur etiam* Agna, Agnæ, & Agne, Agnes *per Primam declinationem:*

Is & Etis, *habent Græcorum quædam propria*, Chremes, mis, & metis. *Sic* Dares, Hermes, Laches, Thalles. &c.

Format Etis correptum Aries, Paries, Abieſque.
Indiges, interpres, Teres adde tegeſque Tegeſque.
Perpes, Hebes, Præpes, patriū Bes, beſſis adoptat.

*Hæc vndecim habent* Etis, *penultima breui.*

Bes Beſis, *habet in Genitiuo, vel* hic Beſſis, huius beſſis.
Cætera Maſculei aut generis Communis Itis
dant.

*Talia ſunt*, Trames, Palmes cum Limite, Ceſpes.
Et Fomes, Termes, Gurges, cum Stipite, Poples.
Reuter / fußknecht / Trabant.
Miles, Eques, Pedes, & Veles, Comes atq; Satelles.
einaugig wirt oder gaſt / Prelat / reich / geſundt /
Cocles, & Hoſpes & Antiſtes, cum Diuite, Soſpes.
*der nach bey leſen iſt /
Sic Ames, Merges, Tudes, Ales iunge * Superſtes.

*Cætera de quibus iam dictum non eſt habent* Itis *correptum in Genitiuo, eaq; ſunt ferè Maſcul. in vel communis generis. Et quatuor Adiectiua,* Diues ſoſpes, ſuperſtes *&* ales *tum adiectiuum, tum Subſtantiuum.*

*Quibus adduntur tria, de quorum genere Grammatici certant, & adhuc ſub iudice lis eſt,* Ames, Tudes, *non nulla Maſcul, &* Merges, ites, *Deſpauterio Fœmininum.*

*In* Is *Latina.*

Is Latium Primo ſimilem format Genitiuum.
Gignit Eris Puluis, Cucumiſq; Vomiſq;, Ciniſque.
Pollis, Inis ſic Sanguis Inis, caue iungere prolem.

*Latina in* Is *habent Genitiuum Nominatiuo ſimilem: vt* Auis, ouis piſcis; Fortis mediocris paluſtris.

Eris *corripiunt quatuor, quæ olim* Ir *exibant,* Cinis, Puluis, Cucumis, & vomis, *quod nunc vſitatius in* Er *deſinit.*

*A* Cucumis *legitur Datiuus, & Ablatiuus* Cucumi, *& Accuſatiuus* Cucumim.

Duo

*Duo habent* Inis *correptum*, Pollis, *aut rectius* Pollen. Et Sanguis, ſanguinis, *quia veteres etiam* Sanguen inis *dixerunt*: Exſanguis der kein blut hat/*verò & hoc* Exſangue, *habet Genitiuum Nominatiuo ſimilem*.

Pro galea Caſſis dat Idis, Cuſpiſque, Lapiſque.
Itis amant longum Dis, Lis Samniſque, Quiriſque.
Glis format gliris; Semis, ſemiſſis habebit.

*Tria corripiunt*, Idis Lapis, Cuſpis, *&* Caſſis *pro galea, quæ &* Caſſida, dæ, *dicitur: nam pro reti format Genitiuum Nominatiuo ſimilem*.

*Et ſæpiùs legitur in plurali* Caſſes caſſium, *&c.*

Itis, *quatuor producunt*, Dis, Lis, Samnis, *&* Quiris.

Glis, gliris *habet, &* Semis, ſemiſſis, *pro pondere, Pro dimidio* Semi *dicitur, & non declinatur*.

*In* Is *Græca.*

Multa Is, Ios, vel Eos Genitiuum Græca receptant.

*Græca in* Is *habent plerumque Genitiuum Nominatiuo ſimilem, vel more Græco* Ios, *vel* Eos *in Genitiuo, vt* Hæreſis, ſis, ſios. *vel potiùs* ſeos.

*Talia ſunt* Lexis, Polis, atque Baſis, Paracleſis.
Et Nemeſis, Metamorphoſis, Geneſiſque poeſis,
Proſtheſis Ellipſis, Syntaxis, tale Prolepſis.
Multa petunt quoque Idis vel Idos, ceu Pyxis, & Aſpis.
Sed Crenis, Neſis, longum labuntur in Idis.
Dant Is, Idiſve, paris, ceu Daphnis, Alexis, Adonis.

*Græcorum multa habent* Idis *vel* Idos, *penultima breui, in Genitiuo, vt* Diplois, Pycamis; Tygris, Tyrannis,

*Item* Colchis, Iſraelitis, Moabitis, *nomina Gentilia.* Nereis, Briſeis, phœbeis, *&c. nomina patronymica.* Aeneis, Achilleis, Alexandris, *librorum nomina.* Apis, Iſis, Oſiris, Serapis, *Idolorum nomina.* Alexis Adonis, Daphnis, Paris, *virorum nomina.* Bacchis, Chryſis Myſis, Amarillis, *mulierum nomina.*

*Sed* Crenis, *&* Neſis *producunt* idis; *addunt* Pſophis, Pſophidis; *quod etiam correptum legitur, & fortaſſis rectius.*

*Quædam bifariam efferuntur*, Paris, huius Paris, *vel* Paratis. *Sic* Daphnis, Alexis, Adonis.

Inis amant quædam, quia Rectus in IN quoq; finit.
Entis habere nota, Simois, Pyrois, Opoiſque.
Solæ Charis Charitis correptum dat Genetiuo.
Ys dat yis, vel yos, Pauciſſima ydis vel ydos dant.

Inis *producunt* Delphis, Eleuſis, Salamis *ex Nominatiuis* Salamin, Delphin, Eleuſin.

*His addunt duo in* ys *finita*, Phorcys, *&* Gortys, *Genitiuo*, ynis *&* ynos, *penultima longa à Nominatiuo* Phorcyn, Gortyn.

Entis *habent hæc tria*, Simois, Pyrois, Opois.

*Vnicum verò* Charis, *habet* Charitis, *penultima breui.*

*Græca in* ys *per* y, *habent pleraque* yis *vel* yos *in Genitiuo, vt* Erinnis Erinnyis *vel* yos. *Sic* Chelys, Botrys Capys, Cotys Tribrachys.

Tethys, Tethyis *Oceani coniunx. vel* Tethyos *effert*
Hæc Thetis, *in Patrio*, Thetidis *ſit mater Achillis.*

Chlamys *&* pelamys *faciunt*, ydis *vel* ydos in *Genitiuo.*

Os.

Os ôris longum profer: Sed corripit Arbos.
Bos bouis & Cuſtos cuſtodis habere notato.
Compos, & Impos otis breuiant. Os ôris. Os
oſſis.
Producunt otis Cos, Doſque, Nepoſque, Sacer-
dos.

*In* Os ôris *producunt, vt* Flos, mos, ros, taw/ glos. Item Honos, labos, lepos, odos, vapos, *quæ etiam in* Or *deſinunt.*

Arbos *verò, vel* arbor, arboris, *penultima breui.*

Bos bouis, *priori breue, &* Cuſtos, hůter/ cuſtodis, *media longa.*

Otis *corripiunt* Compos *&* Impos.

Os *habet* oris *&* oſſis, *ſed ſignificatione diuerſa.*

Os oris *loquitur: ſed* Os oſſis, *roditur ore.*

*Hinc apud Plautum* Exos, exoſſis *Adiectiuum,*

*Græca.*

Otis Icos, & Rhinoceros, & talia Græca.
Thos, Mimos, Heros, Tros, mutantur in ôis.

*Græcorum quædam producunt* ôtis *vt* Icos, Rhinoceros, Monoceros, Aegoceros.

*Alia habent* ôis *longum, vel Græcè* oos, *vt* Thos, Minos, Heros, Tros, *&c.*

Vs.

Vs breuiabit oris. Produc quod comparatoris.

*In* Vs *Neutra corripiunt* ôris *in Genitiuo, vt* Corpus, decus, ehr/ facinus, ein that/ frigus, littus, geſtadt vnd landt am waſſer/ nemus, luſtwaldt/ pectus, penus, pignus, pfandt/ tempus, tergus, *&* lepus, *Maſculinum*

*Comparatiua in* Vs *producunt* ôris, *vt* Doctius, doctioris: fortius, melius, peius, *&c.*

begräbnuß oder leich/
Dant Eris, Vlcus, Olus, Vellus, Funus, Genus atque
ingeweyd/ſprewe/bundt/laſter/ laſt/
Viſcus, Acus, Fœdus, Scelus, & cum Pondere Vulnus,
bürde/ geſtirn/ ſeyt/
Munus, Onus, Siduſque, Glomus, Roduſq;, Latuſq;
werck/ alt/
Iungito Opus, Venus, atque Vetus: ſed plura negato.

*Octodecim Neutra habent* Eris *correptum*, Vlcus, geſchwer/ Olus, allerley gartẽ kraut gepflantzet zu eſſen/ Vellus, *&c. Quibus adduntur* Venus, *Fœmininum &* Vetus *Adiectiuum.*

Vris habent Monoſyllaba in vs: ſed vis dato Crus Sus.
Et Tellus telluris habet: Liguris Ligus optat.

*In* vs *Monoſyllaba producunt* Vris: Crus, ſchinbein/ Ius, bruet/ Mus, Mauß/ Plus, mehr Rus, feldt/ Thus, weyrauch/ *His Additur*, Tellus, telluris: *ſed* Ligus, uris *penultima breui.*

*Excipiuntur*, Grus, Cränich/ gruis. Sus, ſaw/ ſuis, *penultima breui.*

Producunt Vdis, Subſcus Incuſque. Paluſque.
Dat Pecus hæc pecudis, Pecus hoc pecoris ſibi iungit.

*Tria producunt*, Vdis: Incus, Palus, *&* Subſcus.
*Vnicum* Vdis *corripit*, Pecus pecudis, *Fœmininum.*

*Sed* Pecus *Neutrum habet* pecoris, *in Genitiuo.*

Vtis producuut Patrio, Virtuſque Saluſque.

Quæque Senex, Iuueniſque, & Seruus nomina gignunt.

Intercus dat Vtis: Quid fruſtra plura requiris?

*Quinque producunt* Vtis, Virtus, Salus, Senectus, Iuuentus, *&* Seruitus; *quæ tria poſtrema formantur à* Senex, Iuuenis & Seruus.

*Vnicum* Vtis *corripit*. Intercus, intercutis.

*Græca.*

Pus ortum dat odis; Loca Græca feruntur in Vntis.

Πους *Compoſita habent* Odis *breue in Genitiuo, vt* Tripus, tripodis: Chrytropus, chytropodis: *Sic* Oedipus, Polypus, *quæ duo vſitatius per Secundam declinationem inflectuntur*, OEdipus, pi, Polypus, pi.

*Græca opidorum nomina habent* Vntis *in Genitiuo, vt* Trapezus; Amathus, Opus, Emaus, *quod apud Plinium legitur etiam in Secunda declinatione*, Emaus, Emai.

AVS.

Dant Audis, Laus, Frans; Nec plura hoc fine leguntur.

*In* Aus *finita duo ſunt*, Laus, laudis. Fraus, fraudis.

*S. Præcedente Conſonante.*

Bs. Ps.

In Bs, Bis dant: Ps, Pis: Cælibis eſſer.

Ops opis, aut breuiat Genitiuo, aut pretrahit Opis.

*In* Bs, *habent* Bis *in Genitiuo*, Trabs, balck/ trabis; Vrbs, vrbis: Arabs, Chalybs, ſtahl/ *&c. Sed* Cælebs, cælibis, *non* cælebis.

*In* Ps, Pis *formant in Genetiuo*, Daps, herrliche ſpeiß/ dapis, Stips, ſtipis, Lælaps, lælapis, Princeps Fürſt/ principis. *Sic* Manceps, Municeps, Particeps, theilhafftig/ *à* Capio *Compoſita*.

*In* Ops *alia corripiunt* Opis, vt Ops, opis Inops. arm/ inopis: AEthiops, AEthiopis : Dolops, Cecrops.

*Alia producunt, vt* Hydrops, opis Cyclops, Cercops. *Sic* Conops, Myops, Europs, *Latinis inuſitata.*

Cinyphis à Cinyps, Gryphis Gryps, Aucupis Auceps.

Cinyps, cinyphis, Gryps, gryphis; *aſpirationem aſſumunt in Obliquis.*

Auceps, vögler/ aucupis, *litteram* E *in* V *permutat.*

Ls, Ms,

Puls gignit pultis: formabit Hyems hyemiſque.

*In* Ls *vnicum eſt*, Puls brey/ pultis.

*Et vnicum in* Ms, Hyems, winter/ hyemis.

Ns. Rs.

Ns, aut Rs, S demto, Tis dapit aptè.

Vntis Iens facit atque Quiens, fit ab Ambit Ientis.

*In* Ns, *&* Rs, *mutant* S *in* Tis, *vt* Dens, dentis: *ſic* mons, pons, fons, ſons, ſchüldig / inſons, vnſchüldig/ elegans, hüpſch/ amans, docens, *&c.*

Ars, kunſt/ pars, fors. Tiburs, & Lars, Lartis *Rex Veientum.*

Iens, euntis: *ſic compoſita*, Abiens, exiens, rediens, prodiens, *&c. Sic* Quiens, & Nequiens, *rarò vſitata*, Queuntis, Nequeuntis.

Ambi-

Ambiens *verò ab* ambio, *facit*, ambientis *in Genitiuo.*

Helmins, & Tiryns, aſpirant in this & in thos.
Dant Dis Libriquepens, Glans, Nefrens, Cordis & orta.

*Duo aſſumunt aſpirationem in Obliquis*, Helmins, inthis, *vel* inthos, Tiryns, Tirynthis, *vel* ynthos.

Glans, Nefrens, Libripens, *&* à Cor *Compoſita habent* Dis *in Genitiuo, vt* Concors, eintråchtig/ diſcors, zweytråchtig/excors, thorechtig / miſericors, barmhertzig/ſocors, tråg/vecors vnuerſtåntig.

Lens lendis vermem, Lens lentis, dico legumen.
Frons frondis folium, Capitis pars frontis habeto.

Lens *&* Frons *habent* Dis *&* Tis *in Genitiuo, ſed diuerſa ſignificatione.*

T.

Flecte Caput capitis cipitis dant inde creata.

*In* T *vnicum eſt* Caput capitis*: nam* Git *&* Frit *ſunt aclita.*

*Compoſita à* Caput *habent* Cipitis, *& ſunt duplicia.*

*In* T *finita ſunt Subſtantiua*, Sinciput, ſincipitis *ſic* Occiput, occipitis.

*In* Ceps *Adiectiua*, Biceps, bicipitis, Triceps, præceps, anceps, *quod Feſtus* à Capio *deducit.*

X.

*Monoſyllaba.*

XMonoſyllabicum patrio mutabitur in Cis.

Gis,

Gis dant Rex; Lex, Grex; Nox, noctis; Nix, niuis edit.

Græca, velut Styx, Strix, Phryx, Sphinx, Gis, goſue capeſſunt.

*In* X *Monoſyllaba mutant* X *in* Cis *in Genitiuo, vt* Pax, pacis *Sic* Fex, heyffen / Fix pech / Vox, Nux, Faux, Lanx, *&c.*

*Tria latina mutant* X *in* Gis: Rex, König / regis Lex, legis, *&* Grex gregis. Nox nacht / *verò* noctis, *habet &* Nix, ſchnee / niuis.

*Græca quædam habent* Gis *vel* Gos *in Genitiuo*, Styx, Stygis, *vel*, Stygos: *ſic* Strix, Phryx, Phinx.

*Polyſyllaba.*

A x.

Ax acis produc Latium: Sed corripe Graium.

*Latina in* Ax *producunt* âcis, *vt* Fornax, Audax, Loquax.

*Græca ferè corripiunt*, *vt* Abax, Atax, Atrax, Anthrax, Candax, Climax, Colax, Dropax, Nycticorax, Panax, Similax, Styrax, Phylax, Arctophylax.

Acis dant, Thorax, Limex, Phæax velut Aiax.

Actis Hylax, Bibrax & Anax cum pignore bino.

Axis habetque Briax: Sed ab Harpax, harpagis exit.

*In* Ax *Græca Genitiuos variant.*

Acis *longum*, Thorax, Limax. Phæax, Aiax,

Actis: Hylax, Bibrax, Anax *cum compoſitis* Aſtyanax, Hipponax.

Axis: Briax, Briaxis.

Agis *breue*, Harpax, harpagis, *vel* harpagos.

Ex.

Ex dat Icis curtum: Vibicis at excipe Vibex.
Ecis habent Veruex Myrmex, Celex velut Halex.
Dat ſenis atq; Senex. Ctilis optat habere Supellex.

Ex, Icis *corripit*: *vt* Apex, codex, iudex, richter/ pellex illex, *&c.*

Icis *producit* Vibex ſtreichmaſen/vibicis.

Ecis *producunt*, Veruex, Myrmex, Celex, Halex, hering.

Senex alt mann/ſenis *habet*, *&* Suppellex, haußraht/ſuppellectilis.

Flecte Refex, refecis. Sed Remex remigis effer.
Dant Egis atque Lelex, Aquilex: Egis petit Exlex.

Ecis *corripit* Refex, refecis:

Igis *corripit* Remex, remigis.

Egis *corripiunt* Lelex, & Aquilex.

Egis *producit* Exlex, exlegis.

Ix.

Ix Latium breuiabit Icis. Sed deme Coturnix.
Et Perdix Cornix Ceruix, Radixque, Cicatrix.
Et Lodix Verbale quibus tum Mobile iunges.
Græcaq; ceu Phœnix, Bōbix, Sādix, quoq; Spadix.

*Latina in* Ix *multa* Icis *corripiunt*, *vt* Calix, becher/ kelch/Salix, Fornix, gewölb/Fœlix, Larix, Varix, Natrix, Appendix, Coxendix *&c.*

Icis *producunnt*,
- Coturnix, Perdix, Cornix, Ceruix, nack/ Radix, wurtzel/ *&c.*
- *Verbalia*, Nutrix ſaugam̄/ Vltrix Victrix
- *Adiectiua*, *vt* Fœlix; glückſelig/Fernix.
- *Græca non nulla*, Phœnix, Bombix *&c.*

Maſtix

Maſtix maſtigis dic ſignificare flagellum.
Sed ſignans gummi Lentiſci Maſtichis optat.

Maſtix, maſtigis, *facit penultima longa non flagello. Hinc Compoſita* Homeromaſtix, Virgiliomaſtix, Tulliomaſtix.

*Sed* Maſtix, maſtichis, *pro gummi Lentiſci, quod Plinio, Dioſcoriali, & alijs* Maſtiche, es. *fere dicitur.*

Yx.

Gignit Eryx Erycis curtum: Bebryx variatur.
Captat Onyx vel ychis, vel ychos: cui iungito prolem.
Ygis habet Coccys: Sed ygis dat Oryx & Iapyx.

Ycis *corripit* Eryx, Erycis.

Bebryx, Bebrycis, *media communi, nunc longa, nunc breui.*

Ychis, *&* ychos, *corripiunt* Onyx *&* Sardonix.

Ygis *producit* Coccygis.

Ygis *corripiunt* Oryx, *&* Iapyx.

Ox.

Ox ôcis, Sed Cappadocis cum Præcocis inque.
Eſt breuis Allobrogis, ſed Pernox flectitur vt Nox.

Ox óris *producit* Atrax, gehorſam/ Celox, Velox, ſchnell/ Ferox, frech.

Ocis *corripiunt* Cappadox, *&* Præcox.

Allabrox, Allabrogis, *etiam penultima breui.*

Pernox, pernoctis, *vt* Nox, noctis, *ſimplex.*

Vx.

Vx dat ucis curtum, Pollux Pollûcis habeto.

Vx ucis *corripit* Dux, ducis. *Sic* Redux, Tradux.

X *præ-*

*X præcedente Conſonante.*

Conſona ſi præit X, Patrius formabitur in Cis.

*Quæ habent Conſonantem ante X, faciunt* Cis, *in Genitiuo*, *vt* Calx, verſſen am fůß/ kalck/calcis, *ſic* Arx, ſchloß/Lanx, wagſchůſſel/ Bilanx, Quicunx, Decunx, *&c.*

Deme Phalanx, Syrinx, quæ Gis, vel Gos, ſibi gignunt.

Phalanx, *&* Syrinx, *habent* Gis, *vel* Gos *in Genitiuo.* Coniugis â Coniunx, niſi malis dicere Coniux.

Coniunx, Ehegemahel/ coniugis, *penultima breui, pro quo docti non nulli malunt dicere* Coniux, *à Verbo* Cõiugo, *non* Coniungio, *vt exiſtimat Priſcianus.*

*Datiuus, & Accuſatiuus.*

Tertius I. Quartus petit Em. Puer excipe Neutra.

*Datiuus deſinit in* I. Pater, huic patri.

*Accuſatiuus in* Em, Pater, hunc patrem.

*Ab Accuſatiuo in* Em *exceptio triplex*

I. NEVTRA.

In Neutris Primus, Quartus, Quintus, ſimiles ſunt.

*Neutra habent tres caſus ſimiles, vt diximus ſuprà, Nominatiuum, Accuſatiuum, & Vocatiuum.*

II. IM, nouem.

huſt/richtſchnur/
IM dant Vis, Cucumis, ceu Buris, Tuſſis, Amuſſis.
durſt/heiſere/ beckel ax/beyl/
Atque Sitis, Rauis, cum Pelui iungi Securis.

*Hæc*

*Hæc nouem habent* Im *in Accuſatiuo*: Vis, vim: Cucumis: cucumim, *ſed* Cucumer, cucumerem.

Securis, *Cicero*, *Virgilius*, *& alij* Securim: *nec facilè aliter fortaßis inuenias.*

III. Em, & Im, ſex.

Sæpiùs Em Febris, Clauis, ceu Nauis, habento.
das hinderthell des ſchiffs/ Seyl.
Im Puppis, Turris melius. Bene Reſtis vtrumque.

*Hæc ſex habent* Em & Im *in Accuſatiuo: ſed alterum vſitatius.* Febris, *enim*, *Clauis & Nauis*, Em *quidem dant vſitatius: eſt tamen* Febrim *apud Suetonium & Horatium.*

*Sic* Clauim, *&* Aqualim *apud Plautum, vt apud Catonem* Sementim: *pro* Clauem, Aqualem, Sementem. *quæ vſitatiora ſunt &* Nauem: *licet Ciceronem etiam* Nauim *dixiſſe non nulli velint.*

Puppis *&* Turris *rectiùs* Im *habuerint: quamuis apud Lucanum & Statium etiam* Puppem *inuenias: vt apud Cæſarem ac Vitruuium* Turrem.

*Accuſatiuus Græcorum.*

Im vel In, Is Græcum dat non creſcente Datiuo.
Em, vel A; cætera quæ creſcunt Græcania donant.

*Græca in* Is *quæ non creſcunt in Datiuo, habent* Im *vel* In *in Accuſatiuo, vt* Geneſis, *Datiuo* Geneſi, *Accuſatiuo* Geneſim, *& more Græcorum* Geneſin. *Talia ſunt* Panæreſis, Metamorphoſis, Charybdis, Polis, *& eius compoſita*, Metropolis, Neapolis, *&c.* Syntaxis, Eccleſis, Syllepſis Antiptoſis, *&c.*

*Huc ſpectant in* Ys *finita, quæ faciunt Datiuū per* Yi, *& per contractionem per* y, *vt* Tethys, Tethyi, *per Sineresin* Tethi, *ſic* Erinnys, Halys, Capys, Cotys, *&c. Accuſatiuo* ym, *& ſæpiùs* yn.

*Huc pertinent præterea in* Is *Maſculina quædam*: Paris, Daphnis, Alexis, Adonis, Phalaris, *Accuſatiuo* im *vel* in.

Im *vel* A, *&c. Græca quæ creſcunt in Datiuo habent* Em *Latinè, vel Græcè* A.

*Talia ſunt*, Heros, Hector, Pallas, *velut* Hermes *&c.* Heros, *Heroi. Accuſatiuo*, Heroem, *&* Heroa, Hectorem *&* Hectora, Palladem, *&* Pallada, Chremetem *&* Chremeta, *cùm creſcit in Datiuo. Cùm verò non creſcit.* Chremes, mis, mi, *Accuſatiuo* Chremem *habet*.

*Huc ſpectant multa in* Is *Græca Fœminini generis*, Doris, Phyllis, Amaryllis, AEneis, Pyxis, Tyrannis, Chlamys, *&c.*

Pan, Pæan, Simois, Em *ferè reſpuunt Accuſatiuo*, Pāna, Pæana, Simoenta.

*Vocatiuus.*

Eſt Primo Quintus ſimilis, ceu diximus ante.
S. Græca abijciunt caſu perſæpe vocandi.

*Vocatiuus eſt Nominatiuo ſimilis*, *vt* hic Pater, ô pater. Hæc Pallas, ô pallas, ô Chremes, Socrates, Heros, Chlamys, *&c.*

*Græca tamen* S. *ſæpè abijciunt in Vocatiuo*, *vt* ô Chreme, Lache, Achille. *Sic* Pallas, antis, ô Palla. Atlas, Atla; Paris, Pari, Amarylli, Oſiri, Simoi, Melampu, &c.

*Ablatiuus Subſtantiuorum.*

Sexus E donabit, Cicerone ac Cæſare teſte.

*Subſtantiua Tertiæ declinationis habent* E *in Ablatiuo: vt à* Patre, Cicerone, Cæſare, Hannibale, Hectore, Heroe, Chreme *&* Chremete, ab Hoſte, Hoſpite, Tyrannyde, Chlamyde, *&c.*

*Ablatiuus in* I.

Neutra in E: iunge Al, & Ar: gaudent I promere Sexto.

Pauca tamen Iubar, & Nectar, Far, Hepar, habent E.

*Neutra in* E, Al *&* Ar, *habent* I *in Ablatiuo: vt* Cubile, cubili; Animal, animali; Calcar, calcari.

*Excipiuntur quatuor quæ habent* E: Iubar, Nectar, Far, Hepar.

2. I formant Menſes Sexto: vel teſte Nouembri.

3. Quando dat Im Quartus, vel In aut Im, Sextus in I fit.

*Menſium nomina habẽt* I *in Ablatiuo, vt* Aprilis, Quintilis, Sextilis, September, October, Nouẽber, December.

I *formant in Ablatiuo, quorũ Accuſatiuus in* Im *tantũ, vel in* Im *&* In *deſinit.*

Im *tantùm:* Vis, Cucumis, Buris, Tuſſis, Amuſſis *&c.*

Im *&* In: *vt* Syntaxis, Geneſis, Hæreſis, Poeſis, *etc.*

4. I Strigilis petit, atque Bipennis, itemq́; Canalis.

*Hæc tria habent etiam* I *in Ablatiuo*, Strigilis, li, *&c.*

E, & I.

Sextus E præbet & I cùm Quartus in Em fuit ac Im

Quæ

*Quæ formant Accuſatiuum in* Em *&* Im *habent* E *&* I *in Ablatiuo: Huiuſmodi ſunt ea quæ ſuperiori continentur diſticho:* Sæpius Em Febris, *&c. Ablatiuus quidem analogus in* E *fit ab Accuſatiuo in* Em; *ſed in* I, *ex Accuſatiuo in* Im.

Dant e vel i Vectis, Poſtis, velut Anguis & Vnguis.
Imber & Ignis, & Amnis, Auis, cum Fine Suppellex
I tamen in multis rarus minus approbat Vſus.

*Hæc decem ſæpius & vſitatius habent* e *in Ablatino, interdum etiam* I, *ſed minus frequenter, quod, vt ait Priſcianus non arti, ſed auctoritati eſt adſcribendum.*

*Ciceronis enim ſunt* Imbri, *&* Supellectili, *T. Liuij,* Igni, *&* Amni. *Apud A: Gellium ſæpius legas Ablatiuum* Fini. Vecti *eſt apud Terent.* Poſti *apud Ouid. in extremo verſu: quemadmodum apud Horat. etiam in verſu extremo ſunt* Angui, Vngui, Aui.

*Adduntur à nonnullis* Fuſtis, Ciuis, Neptis, Strigilis, Claſſis; *quod poſtremum ſemel apud Virgilium excuſat metri neceßitas.*

*Porrò* Vigil *ſpeciem habet Adiectiui, quemadmodum* Victrix, & Vltrix, *cæterorum non inuenio idonea teſtimonia.*

*Ablatiuus Adiectiuorum.*

Mobile ſi Neutrum per E formet, ſextus in I fit.
Mobile vult e vel i, ſi non flectas per e Neutrum.

*Adiectiua habentia Neutrum per* e, *habent* i *tantum in Ablatiuo: vt* Dulcis, Fortis, Facilis. Campeſter, Volucer, Celeber.

Mobile Dis diti: Dis fixum Dite capeſſit.
Mobile dat Rudis I; Subſtantiuum Rude donat.

*Adiectiua non habentia Neutrum per* E *habent* E *&* I *in Ablatiuo:vt* Amans, Docens, Elegans, Clemẽs, Vber Degener, Par, Inops. Anceps, Fœlix. Audax. Atrebas. Malinas, Noſtras. Veſtras. Victrix, Vltrix, *&* *Comparatiua* Fortior, Fortius, *&c.*

Plus pluri, *raró* plure *Reliqua habent ſæpiùs* E.

*Vt* Memor, eingedenck/Immemor, vneingedenck/

I Sexto tantummodo captant.

*Sic* Pauper, Soſpes, dant paupere, ſoſpite tantùm.

ANNOTATIONES. DE ABLATIVO.

I. Fixaq́ue Mobilium quædam retinentia formã.
I donant ſexto: Proprium per E rectius ede.

*Subſtantiua quædam in Is Adiectiuis ſimilia faciunt* I *in Ablatiuo. Huiuſmodi ſunt* Aedilis, *A*ffinis, Familiaris, *A*nnalis, Riualis, Bipennis *Item* Triremis. Quadriremis. Quinqueremus. *Adde* Sodalis, *&* Natalis; *quamuis Plinius* Sodale, *Lucanus*, Natale, *& Cæſar* Trireme *dixerint.*

*Propria verò cuiuſcunque terminationis fuerint, habent* E *in Ablatiuo: Cuiuſmodi ſũt*, Iuuenalis, Martialis, Vitalis, Lateranẽſis

*Item* Clemens, Fœlix, *& ſi quæ ſunt id genus alia.*

II. *Obſeruandum in multis Ablatiuis* E *pro* I *licentia quædam Poëtica eſſe poſitum, quod notandum potius, quàm temerè pueris imitandum. Plautus*, In mare communi captos *Ouid*. De mare carpat aquam *Idem* Cœleſte ſagitta, *&* Specie cœleſte reſumta *Idẽ* *A*mne perenne, *Et apud eundem*, De porca bimeſtre. *Virg* Gaudet cognomine terra, *pro* mari, cœleſti, perenni, bimeſtri. cognomini.

*Aliquando contra*, I *pro* E *poſitum legitur, Virgilius.*

*A*ductum *A*Eneam claſſi, victoſque penates, *pro* claſſe.

III *Quid ſtatuendum ſit de horum Ablatiuis*, Cepe, præſepe, Præneſte, Soracte, Reate, Cære, Nepete, *& ſimilibus. quæ in caſus nõ inclinantur, facilè intelligentur ex Annotatione quam ſcripſimus de genere nominum in* E *deſinentium.*

IIII. *Græ-*

IIII. *Græca in* O *Fœminini generis, quæ in* Vs *faciunt Genitiuum vſitatius habent* One *quàm* O *in Ablatiuo: vt* Herodotus hoc ſcripſit in Eratone, vel in Clione, *potius quàm* Erato, in Clio.

V. *Ex ijs quæ in* E *&* I *faciunt Ablatiuum, obſeruarunt non nulli tri plicia, quæ vtrumque non malè, ſed* E *recipiant vſitatius.*

*Primò Nomina in* Ns *finita: quod Præceptum Cariſius teſtatur eſſe Verrij Flacci, qui nepotes Auguſti Cæſaris docuit: vt* Elegans, Prudens, Imprudens.

*Secundò, Participia in* Ns, *teſtatur Seruius in Donatum, & idem auctorum comprobat vſus, vt* Abſens, Præſens, Audiens.

*Tertiò, Comparatiua apud Ciceronem, Quintilianum, & alios, etiã litteram* E *ſæpius admittunt, quàm* I *in Ablatiuo.*

*Poëtæ tamen* i *ſæpius vtuntur. Exempla peto ex Priſciano. Vide etiam de huiuſmodi obſeruationibus Grammaticam Emmanuelis Aluari.*

### *Caſus plurales.*

Pluralis Primus, Quartus Quintuſque per Es fit.

*Tres caſus Plurales, Nominatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus, exeunt in* Es: Hi Patres, Homines, Troes, phę nices.

Hæ Matres, Virgines, Vrbes, Olympiades.

### *Neutra.*

Semper A Neutra volunt, cùm ſextus donat E tan tum.

Aſt Ia depoſcunt eadem cùm ſextus in I fit.

*Neutra quæ habent* E *tantùm in Ablatiuo ſingulari, habent* A *in his tribus caſibus,* Dogma, te, ta. *Sic* Nomen, marmor, murmur, corpus, caput, *&c.*

*Neutra quæ habent* I *ſolum, vel* I *&* E *ſimul in Ablatiuo, habent in his caſibus* Ia.

*I ſolum,vt* Rete,ti,tia.*ſic* Animal,calcar,Dulcis. Fortis,Campeſter,*&c.*

*I & E,* Amās,te *vel* ti,tia:Fœlix,ce,ci,cia, Arpinas te, ti,tia:*ſic* Malinas,Atrebas,Noſtras, Veſtras,*&c.*

Donat A quod Corpus gignit: Quod cōparat adde.
Vult A Vetus ſemper: Vult plus ia rarò, & Apluſtre.

*Triplicia habent A,non* ia,*quamuis habent I in Ablatiuo*
I. *Compoſita à* Corpus:*vt* Bicorpor,ra:Tricorpor,ra.
II. *Cōparatiua:* Fortius,ora;Melius,ora:Dulcius,ora.
III. Vetus,vetera;Plus,plura,*rarò* ia:Apluſtre,tra, *& interdum tria.*

ANNOTATIONES.

As recipit Quartus, dum Quartus A finijt antè.

*Græca quæ habent* Em *&* A *in Accuſatiuo ſingulari habent* Eſet *As in Accuſatiuo plurali:vt* Crater,craterem,*&* cratera,hos,es, *&* as.*ſic* Gigas,Geros,Dæmon,Siren,Delphin,Lampas,Arcas,Pyxis,Tripus,Cycrops,Lynx,*&c.*

Quartus in Es fit & Eis,quorū Genitiuus ium dat.
Hinc dant Es,Eis,Is,Gades cum Syrtibus Alpes.
Sed Tralleis,Sardeis,is,non Es,ſola capeſſunt.

*Nomina quædam quorum Genitiuus pluralis in* ium *deſinit:faciūt Accuſatiuum per* Es *& frequenter per antiquā Diphthongum* Eis, *et interdū* is *longum ſine Diphthongo,vt* Pars.ium,tes,teis,*vel* tis; vrbs,ium,es,eis,is.Omnis,ium,es,eis.is.

*Vter verò alteri ſit præferendus,*eis, *an* is,*aures ipſæ iudicabunt; quæ quod ſuaſerint,erit rectiſſimum,vt auctor eſt Probus apud Gellium cap.19.lib.13.*

*Porro hæc tria,*Gades,Syrtes,*&* Alpes,*aiunt etiam habere* Eis *&* Is,*in Nominatiuo & Vocatiuo.*

*Poſtremò* Tralleis *&* Sardeis,*vel* Trallis, *&* Sardis *tradunt in his tribus caſibus,*I *ſolum,non* Es,*admittere.*

*Genitiuus.*

Vm petit in Patrio Latium, ſed Græcia vult On.

*Genitiuus pluralis Latinorum deſinit in* vm, *Græcorum verò etiam in* On *per ω mega.*

*Latinorum: vt* Sermo, ſermonum; Homicidium; Princeps. pum. *Sic* Manceps, municeps, Forceps, *à* Capio *compoſita.*

*Græcorum:* Lampas, adum, *vel* adon; Epigramma, atum, *vel* aton, *&c.*

*Excipiuntur multa quæ habent* ium.

I. Donat ium patrius, ſi Sextus in I fuit antè.
Sed capit vm Supplex, Vigil, & Puber, Memor, Vber.
Degener, atque Vetus, Strigilis; ſic Cōpos & impos
Diues, inops, quicqnid (præter Plus) comparat addendo.

*Ium habent quorum Ablatiuus ſingularis in I ſolam, vel I & E ſimul deſinit.*

*I ſolùm:* Cubile, li, lium; Animal, li, lium; Vis, vi, virium.

*I & E,* Amans, te, *vel* ti, tium; Fœlix, ce, ci, cium. *Sic Gentilia in* As: Arpinas, te, ti, tium. Malinas, Atrebas, Noſtras, Veſtras.

*Excipiuntur quæ habent* Vm, *quamuis habeant E & I, in Ablatiuo.*

1. Supplex, Vigil, Puber, Vber, Degener. Memor, Vetus, *&c.*

21 *Comparatiua, vt* Doctior, doctiorum, meliorum, dulciorum, *&c. præter* Plus, plurium, *quia continetur ſub Monoſyllabis.*

II. Es, Is, non creſcens, formabit Ium Genitiuo.
Tolle Canis, Vates, Panis, Iuuenis, Volucriſque.

Ium *habent nomina in* Es *&* Is, *quæ non creſcunt in Genitiuo Singulari* Es::Sedes, ſedis, ſedium; Nubes, ium Clades, ium: Aedes, ium, *&c.*

Is: Ouis, ium, Auis, ium; piſcis, ium; Apis, ium; & um; per *Syncopen.*

*Excipiuntur quæ habent* Vm; Vates, Canis, Panis, Iuuenis. *Sic* Volucris, volucrum, *cùm Subſtantiuè ponitur: nam Adiectiuum habet* Ium.

III. Flectuntur per ium, quæ ſunt Pluralia tantùm.
Excipe Opes, Proceres, Lemures, Luceres, Celereſque.
Primores, cum Cælitibus; paucis alijſque.

Ium *habent nomina pluralis tantùm numeri:* Tres, trium; Fores, ium; Manes, ium. *Sic* Mœnia, ium; Ilia, ium, *&c.*

*Excipiuntur quæ habent* Vm: Opes, reichthumb/ um. *Sic* Proceres, fürneme leuth/ Lemures, Luceres, Celeres, Primores, Cælites. *Et quæ fiunt à Comparatiuis,* Maiores, maiorum; Minores minorum.

III. Rectè in Ium Patrio Monoſyllaba nomina flectes.
Vm ſed habent, Ren, Splen, Fur, Pes, Crus, cum Nuce, Flos, Mos.
Rex, Lex, Grex, Dux, Vox, Sus, Bos, adiungito Laus, Fraus.

Ium *ferè habent nomina Monoſyllaba:* Sal, ſalium; Par, ium:

ium: As, aſſium: Mas, ium: Vas, vadium: Plus, ium: Os oſſium; & orium, *apud Plinium*, Mus, ium: Nix, niuium: Faux faucium. *Sic* Cor, Dis, glis, puls, dens, vrbs, ars, pars, ſtirps, arx, calx, lanx, merx, fax, crux ſeps, *pro ſepimento.*

*Græca tamen Græcorum more* On *poſtulant.*

*Quod mutatur in* Vm *Romano more frequẽter: vt* Libs Gribs, Lynx, Sphinx, Phryx, & Seps *pro ſerpente.*

Fex *caret Genitiuo Plurali, quemadmodum fortaßis &*
Nex.

V. Donat Ium, Caro, Linter, Vter, Samniſque,
Quiriſque.

Adde cohors, Fornaxque Palus, quæque Vncia gignit.

*Hæc nomina*, Caro, Linter, Vter, *&c. etiam habent* Ium *in Genitiuo plurali, quamuis Ablatiuus eorũ ſingularis deſinat in* E *non in* I, *vt* Caro, carnium, Linter, ium; Vter, ium: *&c. ſic* Venter, ventrium.

*His adde compoſita ab* Vncia, Quicunx, ium, Deunx, Decunx, *&c.*

Græcaque, Græcorum Genitiuum ritè tenebunt.
Qui mutatur in Vm, vel Ium, ſed more Latino.

*Græca Græcorum Genitiuum ſæpè retinent, vt* Epigrãma, aton; Lampas, adon; Hæreſis, eon; Geneſis, eon; *qui Latinis nunc in* um, *nunc in* ium *vertitur*, Epigrammatum, Lampadum, Geneſium, Hæreſium, Diœceſium.

*Syncopa.*

Syncopa plurali nonnunquam fit Genitiuo.

*Talia multa per* Ans, *aut* Ens, *finita videbis.*

Sic Polyſyllaba in As: niſi ſint Gentilia forſan.
Adde Cohors, Locupleſque, Quiris, Fornaxque, Paluſque.
Conſortum, Exortū dic Participium, Artificumq́;
Cætera ne longum faciam, te proſa docebit.

*In multis legimus frequenter Genitiuum imminutum per Syncopen, qui in quibuſdam etiã vſitatior eſt, quàm plenus, vt in ijs quæ deſinũt in Aus vel Ens:* Petulantum, *A*doleſcentum, *P*arentum.

*Sic Polyſyllaba in As ſæpius in* um *efferuntur, A*rcadum, Ciuitatum, Voluptatum, Dignitatum, Aeſtatum, Optatum, *Penatum, vel Penatium.*

*Gentilia verò in As habent* ium. *Sunt enim Adiectiua habentia* E *&* I *in Ablatiuo, vt ſuperius diximus.*

*Sic in* Ceps *à* Caput *deducta admittunt interdum Syncopen,* Biceps bicipitum, *vel* tum. *Sic* Triceps, *Præceps,* Auceps, *quod nonnulli à* Capio *deducunt. Sic apud Ciceronem* Diœceſium *&* um *inuenias.*

*Virgilius* Cæleſtum, *pro* ium, *Papinius* Macedum *pro* Macedonum. *dixerunt Apud alios,* Sedum. Cladum. Menſum, *aliaque interdum leguntur, nobis nequaquam imitanda.*

*Apud Poëtas legitur etiam in Genitiuo plurali interdum Epentheſis, quæ eſt interpoſitio litteræ vel ſyllabæ in media dictione, figura eſt Syncopæ contraria. Nam Syncopa de medio tollit, quod Epentheſis addit, vt A*lituum, *pro* alitum *apud Virgilium,* Cælituum, *pro* Cælitum.

*Vocatiuus.*

Eſt primo Quintus ſimilis, ceu diximus antè.

*Vocatiuus Pluralis eſt Nominatiuo ſimilis: vt* hi Patres ô Patres.

*Datiuus & Ablatiuus.*

Tertius & Sextus dat ibus Bos bobus, & vbus.

*Talia,* Dogma, Poema, Epigramma, Sophiſma, & Aroma.
Græca, velut Paradigma, Tibus labuntur in Tis.

*Datiuus & Ablatiuus plurales exeunt in* ibus, *præter* Bos bobus, *& interdum* bubus.

*Græca in* Ma *Tertiæ declinationis habent* ibus, *vel* is *in Datiuo & Ablatiuo: vt* Poema, poematibus, *&* poematis; Epigramma, atibus, *&* atis, *ab antiquis Nominatiuis* Poematum, Epigrammatum.

## ANNOTATIONES DE QVIBVSDAM Græcis in Is & Ys.

Hæc Hæreſis, is, ios, eos, i, in, im, is, i.
Hæ Hæreſes. ium, eon, ibus, es, es, ibus.
Hic Paris, Paridis, Paridi, Parin, *&* Parim. ô Paris à Paride.
Hic Doris, idis, idi, idem, *&* ida, o Dori, à Doride.
Hæc Chlamys, chlamydis, ydi, ydem, *&* yda, ô ys, à yde.
Hæ *ydes*, *ydum* & *ydon*, *ydibus*, *ydes*, *&* *ydas*, ô *ydes*, à *ydibus*.
Hæc Erynnis, *nyis* & *nyos*, *nyi*, *&* *ny poëticè* nyn, ô *nys*. ab nys & ny.
Hæ nyos, nyum & nyon, nyas, ô nyes, *Datiuus & Ablatiuus* Erinnybus *non eſt Latina terminatione vſitatius.*

# DE QVARTA DECLINATIONE.

### *Terminationes Nominatiui.*

Quarta dat vs; dat & v, numero non flexile Primo,
Patrius vs; dat Ternus vi, ſic Quartus & vm dat.
Eſt primo Quintus ſimilis; Dein ſextus in v fit.

*Quarta Declinatio habet duas terminationes, ſcilicet* vs, *&* v.

Vs *vt* Fructus, Portus, haffen des Meers / Cenſus, Senſus, Ortus, vrſprung/ & Interitus, vndergang/ todt/ V: *vt* Cornu, Genu, Veru, Gelu, Tonitru, *&c.*

*Obſeruet hic puer, quod in V nō declinantur in Singulari Præterea quòd omnia Quartæ & Quintæ declinationis nomina ſint Latina, & ſubſtātiuæ atq; Appellatiuæ Qualitatis Genitiuus deſinit in* Vs: hic Fructus, huius Fructus.
*Datiuus exit in* Vi: *vt* huic Fructui, Senatui, Manui.
*Accuſatiuus in* Vm: *vt* hunc Fructum, hanc domum
*Vocatiuus eſt Nominatiuo ſimilis: vt* ô Fructus, ô Socrus.
*Ablatiuus in* v *deſinit:* ab hoc Fructu, Victu, Luſu.

*Caſus Plurales.*

Primus Pluralis, Quartus, Quintuſque per vs ſit.
Dant va Neutra per v: doceant ceu cornua cerui.
Præbet vvm Patrius; Cum Sexto Ternus Ibus dat.

*Nominatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus Plurales deſinunt in* vs.

*Neutra in his tribus caſibus habent* ua.
*Genitiuus pluralis deſinit in* vum.
*Datiuus & Ablatiuus deſinunt in* ibus.

*Exceptiones.*

Dant vbus, Artus, Acus, Quercus, Lacus, & Specus. Arcus.
Et tribus, ac Partus: ſed Portus Ibus dat vbuſque.
Vm Quarto, reliquis v caſibus optat IESVS.

*Sunt pauca quæ habent* vbus *pro* ibus, *in Datiuo et Ablatiuo pluralis numeri, vt* Artus, artubus, Lacus, lacubus, ſpecus, ſpecubus: *&c.*

Portus *habet vtrunque,* ibus *&* vbus.

*Recen-*

*Recentiores etiam* Acus *&* Quercus, Vbus *habere dicunt: ſed in his nec* Vbus, *nec* Ibus *facilè inueniri crediderim.*

Ficus *verò, quod à multis additur, pro arbore & pro fructu,* Ficis *habet vſitatè.*

Queſtus, Victus, *V*eru; Ibus, *habent non V*bus.

Ieſus *ſanctum & ſalutare nomen ſic declinatur.*

Ieſus, Ieſu, Ieſu, Ieſum, Ieſu. Ieſu.

Partim ſit Quartæ, partim domus eſto Secundæ.
Tolle, me, mi, mu, mis, ſi declinare Domus vis.
Et Patriũ Domuũ, Quartumq́; Domus lego rarò.

Domus *ſic declinatur*: Hæc Domus, huius domus (*nam* Domi *eſt Genitiuus Aduerbialis*) huic domui, hãc domum, o domus, ab hac domo.

Hæ domus, harum domorum (*rarò* domuum) his domibus, has domos, (*rarò* domus) ô domus, ab his domibus.

## ANNOTATIONES.

*Genitiuus in I &* uis *huius declinationis ad Archaiſmum ſeu vetu*
*ſtatem pertinet. Nam veteres teſte Varrone, nullum Genitiuũ abſque*
*I formãt. Terẽt.* Nihil ornati, nihil tumulti *pro* ornatus, tumul
tus *Sic in Adelphis,* Fructi, *Hecyra,* Queſti, *Phormione*, *A*duẽti,
*pro* tus, *In Heaut* Eius anuis cauſſa. *Varro*, Vtrum fructuis an
delectationis cauſſa. *Sed puer meminerit his ſibi vtendum nõ eſſe*

*Apud Poëtas eſt etiam frequens Datiuus in* V, I *littera per Apoco-*
*pen abiecta Virgilius,* Parce metu, *&* *A*liæ victu inuigilant, *Te-*
*rent.* Veſtitu nimio indulges, *Lucilius,* Epulas victu præponis
honeſto. *pro* merui, victui, veſtitui.

*Eſt poſtremo hic obſeruanda pluralis Genitiui Syncope*, um *pro* uum. *Virg.* Quæ gratia currum, armorumq́ue fuit.
*Idem,* Cinctaque adeſt virgo, matrumq́; nurumq́; caterua.
*Martialis,* Sed duo ſunt quæ nos diſtinguant millia paſſum.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0103-3

# DE QVINTA DECLINATIONE.

Quintus in Es longum tãtummodo deſinit Ordo.
Vult Impurus Ei Patrius, fit Purus in ei.
Ei dat vel ei Ternus; Sed Quartus in em fit.
Eſt Primo Quintus ſimilis; Sed in e dato Sextum.

*Quinta declinatio vnicam habet Terminationem, Es longum ſcilicet. Fœminini generis, præter* Dies *Dubium, & in plurali Maſculinum. Eius quoq; compoſita omnia Maſculina ſunt,* Meridies, Semidies, Seſquidies.

*Quæ deſinunt in Es purum, hoc eſt, quæ habent Vocalem ante Es, producunt penultimã Genitiui & Datiui, vt* Species, ſpeciei. *Quæ verò deſinunt in Es impurum, id eſt, quæ habent ante Es Conſonantem, penultimam corripiunt, cuiuſmodi ſunt,* Res, Spes, Fides; rei, ſpei, fidei.

*Caſus Plurales.*

Primus cum Quarto, & Qninto Pluraliter Es dant.
Erum vult Patrius, cum Sexto Tertius ebus.
Tolle Dies & Res; Auſim vix addere plura.
Erum quæ Patrio donent, ebuſque Datiuo.

*Tres caſus Plurales, Nominatiuus, Accuſatiuus, & Vocatiuus, deſinunt in Es, Genitiuus in erum, Datiuus & Ablatiuus in ebus.*

*Sed obſeruandum, omnia Quintæ declinationis nomina carere tribus caſibus Pluralis numeri, Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo, præter* Res, *&* Dies, *quorum omnes caſus Plurales ſunt vſitati. His addunt non nulli hæc tria.* Species Acies, Facies, *ſed egent idoneis veterum ſcriptorum teſtimonijs:*

*nijs nam pro* Specierum, *&* Speciebus, *Cicero* Formarum *&* Formis,*maluit dicere. Quinetiam pleraq; Quintæ declinationis nomina toto carent Plurali.*

## ANNOTATIONES.

*Annotationes hoc loco Grammatici, ex teſtimonijs A Gellij & Priſciani copioſè adductis, Genitiuum Quintæ Declinationis multifariam legi apud veteres.*

*Aliquando Nominatiuo ſimilem Virgilius.*

Libra dies ſomnique pares vbi fecerit horas.

*Cic. apud Gell. pro Seſtio,* Equites verò daturos illius dies pœnas Dies *pro* diei *vterque dixit.*

*Aliàs in* E. *Ouidius.*

Vtque fide pignus dextras vtriuſque popoſcit.

*Salluſtius,* Dubitauit acie pars. *Idem,* Vix decima parte die reliqua, *pro* Fidei, aciei, diei.

*Interim etiam in* I *Virg.* Munera lætitiamque dij. *M. Cato,* Pueri atque mulieres extrudebãtur famij cauſſa; *pro* diei, famei, *quæ pueris nequaquam imitanda, ſed Poëtarum tantùm, vel veterũ auctorum licentiæ ſunt concedenda*

*Sunt poſtremo quædam nunc Tertiæ declinationis, quæ olim fuerunt Quintæ, vt ſunt* Fames, Plebs, Quies, *vnde* Requies, *etiam nunc in Quinta declinatione ferè legitur, licet Macrobius in Somniũ Scipionis* Requietis, *& Cic. de Senectute* Requietem *dixerint.*

## REGVLAE III.

### *De Declinatione nominum Compoſitæ figuræ.*

I.

Compoſitum ex Rectis caſu flectetur vtroque.
Alteruter tamen hinc demunt, nec non Leopardus

*Cùm nomen componitur ex duobus Rectis, ſeu Nominatiuis, tunc Ambo flectũtur : vt* Reſpublica, reipublicæ; Iuſiurandum, iuriſiurandi.

*Excipi-*

*Excipitur* Alteruter,*nam vſus obtinuit,vt poſterior nūc tantū Nominatiuus declinetur licet Cicero in Protagora,et Cato de Ambitu,vtantur vtriuſque partis Genitiuo*, Alterius,vtrius.*Quo tamen Genitiuo ſi vtaris,nō omnino damnauerim.Sic* Leopardus,Leopardi.*&c.*

II.

Ex Recto & Patrio flectes tantummodo Rectum.

*Cùm nomen componitur ex Recto & Obliquo , vel contrà,ſolus Rectus declinatur:*vt Paterfamilias, haußvatter/patrisfamilias;Tribunus plebis, tribuni plebis. *Contra*, Ludimagiſter, ſchulmeiſter / ludimagiſtri, *&c.* Legiſperitus,legiſperiti,*&c.*

III.

Aſt ex Obliquis eſt inuariabile nomen.

*Cùm nomen componitur ex ſolis Obliquis,eſt indeclinabile: vt* Cuiuſmodi, Huiuſmodi,Eiuſmodi,Huiuſcemodi,Eiuſcemodi.

## ANNOTATIONES.

*Tria verò tradunt requiri vt nomen ex duobus compoſitum Nominatiuis declinetur vtrinque.*

I. *Vt ambo Nominatiui ſint declinabiles hinc* Viginti duo,Viginti tres,*dicunt vtrimque non declinari.*

II. *Vt ambo Nominatiui maneant integri,quod non fit in* Vndecimus,*pro* Vnus decimus.

III. *Vt compoſitum retineat ſignificationem partium, vnde* Olus atrum *negant flecti ex parte priori,quod non ſignificet* Olus nigrū *ſed herbam quam Græci* Hippoſelinum;*vulgo* Petroſelinum,*dicimus.*

Roſmarinus *Plinius,& Horatius* 1.*Carm.flectunt vtrimque.*

*Porrò in corruptis flectitur ſolum altera pars compoſiti,vt* Homicida, Agricola,Puerpera,Solſtitium, Aequinoctium, Particeps,Opifex,*&c.*

*Poſtremo cum alter Nominatiuorum aliqui caret, eodem carebit tota dictio, vt* Ius *caret Genitiuo, Datiuo, & Ablatiuo pluralibus, igitur iiſdem carebit* Iuſiurãdum, Vnuſquiſque, *caret Vocatiuo, vt* Quiſque, *& plurali, vt* Vnus.

## *De diligenti puerorum exercitatione in Generibus & Declinationibus Nominum.*

*Hactenus de nominibus Analogis, quæ in declinando Regulam ſequuntur. Nunc de Anomalis (id eſt, inæqualibus) quæ à Regula ſcilicet & Analogia receſſerunt, agendum eſt.*

*Sed prius quam ad ea progrediantur pueri diligenter in ſuperioribus Generum & Declinationum regulis exercendi ſunt, quæ vt ad vſum & praxin accommodentur, præſcribẽda ſunt diuerſarum inflectionum nomina.*

*Ac primùm quidem ſingulæ dictiones, cuiuſmodi ſunt in Rudimentis,* Muſa, Magiſter, Dominus, *&c.*

*Deinde Subſtantiua cum adiectiuis coniuncta, vel plura Subſtantiua per Appoſitionem eodem caſu cohærẽtia, quorũ exempla aliquot mox ſubijciemus.*

*In his verò inflectendis & genus ſingulorum eſt inquirendum, & ſinguli caſus ad ſuas regulas reuocandi, donec pueri regulas omnes ſibi faciles, obuias, & expeditas longo vſu, & frequenti repitione reddiderint. Id enim tum ad Syntaxin & Proſodiam facilius percipiẽdam, tum ad extemporalem loquendi ſcribendiq; facultatem emolumenti non parum afferet.*

*Nomina declinationis.*

*Primæ &*
- *Secundæ*, poeta Lauriatus.
- *Tertiæ*, Ouidiana, Metamorphoſis.
- *Quartæ*, Dextera manus.
- *Quintæ*, Decora facies.

*Secundæ &*
- *Tertiæ*, Fluuius rapax, Bellum ciuile.
- *Quartæ*, Tranquillus portus.
- *Quint.* Vnus feſtus dies.

*Tertiæ &*
- *Quart.* Horribile acies tonitru.
- *Quint.* militaris.

*Tria nomina ſimul iuncta.*
- Athleta fortiſſimus Milo.
- Penelope pudica coniux.
- Æneas verè pius Heros.
- Ruſtica & humilis domus.
- Nulla fides, pietaſque.

*Porrò vt hoc declinandi exercitium facilius ſuccedat, tum etiam ne pueri ludo egreßi, otio domi diffluant, conſultum fuerit, quotidiè Præceptor pueris domum è ludo diſceſſuris huiuſmodi voces declinandas dictet, quas cùm redierint ab iiſdem deſcriptas repoſcet, & num emendatè ſcripſerint, diligenter inſpiciet, errata ſtudioſè corriget, laudabit diligentes, & indiligentes excitabit. Idem facturus poſtea, inflectendis & coniugandis Verbis.*

CA-

# CAPVT III.

## DE NOMINIBVS ANOMALIS ET HETEROCLITIS.

Vt cerebroſus homo malè Leges tranſilit æquas.
Sic Canonum exiliunt cancellis nomina, quædam.

*Quemadmodum homines non nullos adeo inuenias obſtinatos, & auerſos ab omni æquitate, vt nullis bonis & honeſtis hominũ cæterorum legibus parere velint, quos ob id vulgus, vel Latine* Cerebroſos *appellat, vt Græcè* Capita Heteroclita: *Sic etiam ſunt nomina non pauca, quæ communem declinandi modum ac legem ſequi recuſant, quæ propterea Grãmatici vel Anomala, vel Heteroclita nominant Horũ verò triplex fecerũt genus, vt ſequens oſtendet diſtichon.*

Quæ Genus aut Flexum variant; Quæ ve integra non ſunt.
Vel quæ Luxuriant, Heteroclita rite vocantur.

*HETEROCLITA ea propriè appellantur, quæ aliter declinantur atque ea quæ ſequuntur Analogiam & rectam conſuetamq; cæterorum nominum declinandi formam. Dicitur enim Heterocliton ab eteros, id eſt, aliter, & kliton, id eſt, declinatum, vt* hic Tartarus; *Pluraliter,* hæc Tartara, *Heterocliton eſt, quia non ſequitur Analogiam, hoc eſt, ſimilium declinandi formam, quæ docet ſic eſſe declinandũ,* Hic Tartarus; *pluraliter,* hi Tartari; *ſicut* hic Dominus; *pluraliter,* hi Domini.

*Sed Grammatici accipiunt hoc nomen Heteroclitum generalius, vt ea omnia complectãtur, quæ vel Anomala ſunt vel Defectiua, aut denique Abundãtia, vt apertè docet ſubiectus Heteroclitorum Schematiſmus.*

Heteróclita
- *Variantia.*
  - *Genus*: Hic Tartarus. *pluraliter*, Hæc Tartara.
  - *Declinationem*: Hoc Vas, vaſis. *pluralit.* hæc vaſa, orum.
  - *Vtrumque* Hoc epulum, li. *pluraliter*, hę epulæ, arum.
- *Deficientia.*
  - *Numeri*: Aer, *caret plurali*: Arma *Singulari.*
  - *Caſu*: Precis *caret Nominatiuo*: Nullus *Vocatiuo.*
- *Abundantia.*
  - *Subſtantiua*: Tignus, *vel* tignum.
  - *Adiectiua*: imbecillus, *vel* imbecillis.

*Variantia genus.*

Maſcula ſunt Primo numero ſed Neutra Secnndo
mænala pangæus, ceu Dindymus, Iſmarus atque
Tartara, Taygetus; ſic Maſſica Tænara Auernus.

*Hæc in Singulari ſunt Maſculina, & in Plurali Neutra.*

Hic { Mænalus, Pangæus, Dyndimus, Iſmarus, Tartarus, Taygetus, Maſſicus, Tænarus, Auernus. } *Plur.* hæc A

Maſculeum Neutrumque genus pluraliter edunt.
Hic Locus, atque Iocus, Cetuſque & Sibilus adde.

*Quatuor hæc ſunt in Singulari Maſculina, in plurali Maſculina & Neutra*: Hic locus, plaꜩ/orth. *Pluraliter*, hi loci. *vel* hæc loca.

Hic Iocus, ſchimpff wort/ *Plur.* hi ioci, *vel* hæc ioca.

Hic Sibilus, das pfeiſen/ *plur* hi ſibili, *vel potius* hæc a.

Hic Cetus walfiſch/ *Pluraliter*, hi ceti, orum, *vel* hæc cete *indeclinabile.*

Perga-

Pergamus vrbs Phrygiæ, Plurali Pergama gignit.
Carbaſus hæc addis Plurali Carbaſa donant.

*Hæc duo in Singulari ſunt Fæminina, in Plurali Neutra.*
Pergamus vrbs Phrygiæ *dixit, quia* hæc Pergamus: *vel* hęc Pergamum, *inſignis ciuitas Aſiæ, huc non pertinet.*
*His adduntur à non nullis*, Hæc ſuppellex. *Pluraliter*, hæc ia *Sed Diomedi plurali caret.*

Hæc Hieroſolyma, mæ *pluraliter*, hæc, a, orum.
Hæc Obliuio, obliuionis. *Plur.* hæc obliuia, orum.

## ANNOTATIONES.

*Addunt non nulli in Singulari Maſculinis, & in Plurali Neutris.*
Hic Gargânus, *penultima longa, mõs in Apulia, Pluraliter*, hæc a.
Hic Gargarus, *penultima breui. Pluraliter*, hæc a. *Sed volũt aliud ſignificare in ſingulari, quam in Plurali*

Locus *pro ſede argumenti, vt à Dialecticis capitur, eſt in vtroque numero ferè Maſculinum.*

Iocus, *Pluraliter* Ioci & ioca; *ſed poſterius minus vſitatè, licet eo ſint vſi Cicero & Salluſtius.*

Sibilus, *Virg. in AEneid. Adiectiuè vſurpauit*, Sibila ora *pro ſibilantia.*

Balteus, *& interdum*, Balteũ, *apud Varronem & Seruium 2. Aeneidos. Pluraliter verò ſæpius* Baltea, *abundans eſt.*

*Sic* Supparus, & um *Pluraliter fere* Suppara.

Infernus, *Adiectiuum eſt Virg.* Infernas accede domos. *Sed Eccleſiaſtici* hic Infernus. *Pluraliter* hæc Inferna *dicunt.*

Pileus, & um; Intubus, & uba, *Abundantia ſunt.*

Arburus & Amygdalus, *arborem ſignificant.*

*Sed* Arburum & *Amygdalum vel* hæc *Amygdala, fructum.*

Hoc Cælum Porrum, Raſtrum Pluraliter I dant.
Vel dic hoc Argos: vel dic Pluraliter Argi.
Hoc Frenum: frenos, Plurali, & frena teneto.

Cęlum, der himmel/Portum, lauch/Raſtrum, karſt/*& Argos ſunt in ſingulari Neutra, & in Plurali Maſculina.*

Hoc frenum, zaum/*ſed in plurali* hi Freni, *vel* hęc Frena.

*Variantia Declinationem.*

Vas vaſis, Ternę; Pluraliter eſto Secundę.
Iugerũ amat claſſem, numero pręeunte, Secũdam
Aſt in plurali declinat Tertia tantùm.
Iugeris inuenias Patrium, cum Iugere Sexto.

Vas, vaſis, *eſt in ſingulari Tertiæ declinationis, in plurali Secundæ*, Vaſa, vaſorum.

Iugerum, Iugeri, *eſt in Singulari Secundæ declinationis. In plurali*, Iugera, iugerum, iugeribus, *Tertiæ.*

Iugeris *tamen Genitiuus, & Ablatiuus* Iugere, *interdum reperiuntur.*

*Variantia Genus & Declinationem:*

Delitium, Exuuiũ, atq; Epulũ, pluraliter AE dant.
Balneum amat numerus prior; aſt A, vel AE petit alter.

Delitium wolluſt/Exuuium, außgezogen kleyder eins feindts/Epulum, herrliche offne malzeit/*In Singulari Neutra ſunt, & Secundæ declinationis: In plurali Fœminina, & primæ declinationis.*

Balneum, badt/*verò in ſingulari quoque Neutrũ eſt, ſecundi ordinis: ſed in Plurali Neutrum, & Secundæ declinationis, vel Fœmininum, primæ declinationis.*

ANNOTATIONES.

Cælum *ait Cæſar multitudinis numero carere, & Soſipater Cariſius eſſe ſingulare tantum. Sed Veteres Ennius & Varrò* Cælus *dicebant.*

cebant vnde fortaſsis Cæli, cælorum, *in Sacris leguntur. Et Lucretus.*

Quis pariter cælos omnes conuerteret? inquit.

Cælum, *verò ſculptorum inſtrumẽtum, habet pluraliter,* Cæla, cælorum *nec eſt Heteroclitum.*

Elyſium *Adiectiuum eſt, vnde apud Virgilium,* Elyſios campos *&* *Ouidium,* Elyſiasque domos, *legimus.*

Hoc Porrum, *Pluraliter,* hi Porri, *à Singulari* Porrus *fortaſſe, quod apud Celſum & Plinium legitur.*

Raſtrum, *Pluraliter,* hi Raſtri, *Phocas etiam* Raſter, *vnde* Raſtellus, *& apud Suetonium* Raſtellum.

Capiſtrum: Clauſtrum. Plauſtrum, *&* Filum, *vtroque numero Neutri generis ſunt.*

Hoc Paſcuum, *Pluraliter,* hæc Paſcua, orum. *Apud Columellam etiã in Sacris,* hæc Paſcua, æ: *quod alioquin apud veteres haud facilè inuenias. Dicitur &* Paſcuus, um, *vt* Ager paſcuus.

Hoc Zizanium, ij; *vel* hæc Zizania, æ, *herba eſt, quæ Latinis Lolium dicitur.*

Nundinæ, arum *Pluraliter tantùm; ſed eius compoſitum* Trinundinum, *ſingulare eſt.*

Hoc Vaſum, vaſi, *apud Plautum in Truc. legitur. Vnde Plurale* Vaſa, vaſorum, *relictum videtur.*

Hoc Delitium, *& ſæpius Pluraliter* Delitiæ, arum.

*Pro eodem Plautus, Plinius, & Solinus, etiam* hæc Delitia, delitiæ, *dixerunt; ſed non imitaberis.*

*Sed dicitur* hæc Delitia, æ, *pro tigno, quod Anomalum non eſt.*

Hoc Balneum, *priuatum erat.*

Balneæ arum, *ferè publicæ.*

Hoc Epulum *erat ſolenne, & inſtructum conuiuium.*

Epulæ, epularum, *cibus parabilis & quotidianus. Valla libr. 4. cap. 23.*

### *Defectiua, ſeu Elliptica.*

Defectiua vocant Latij quę Elliptica Graij.
Quę Numero, aut aliquo Caſu ſpoliata leguntur.

*Defectiua dicuntur, ſeu Græcè* Elliptica, *quæ carent vel altero numero, vt* Aer, *plurali* Arma *Singulari, vel aliquo caſu, vt* Precis *Nominatiuo*, Nullus *Vocatiuo.*

## ANNOTATIONES.

*Defectiua omnia & Abundantia rectius diligenti optimorum auctorum obſeruatione, quàm Grammaticorum præceptis cognoſcũtur nam vt* Mella vina, aquas, æra, ſerramenta, electra, amicitias *vſitatè dicuntur: ſic* Fella, olea, ſanguines, tritica, aura, argenta ferra, vitra, charitates, *maximè quanquam* Charitates *Ciceronẽ auctorem habet* Ordea & Auenæ, *Virgiliũ*, Lolia & Larda, *Ouidium.*

*Sed his duo ſunt à pueris obſeruanda.*

I. *Quod Poetæ frequenter Singularibus & Pluralibus promiſcuè vtuntur.*

II. *Quod raris rarò, nec niſi ſimili cum gratia eſt vtendum.*

*Eſt igitur in his omnibus diligenter obſeruandum, quid frequentior optimorum ſcriptorum vſus & auctoritas approbet.*

### *Deficientia numero Plurali.*

Propria Plurali numero variare caueto.
1. Ni fuerint numeri tantummodo fortè Secundi,
2. Vel ni res plures eiuſdem nominis extent.
3. Proprietàſue hominis, nõ ipſe homo deſignetur.
Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones.

*Nomina cuiuſcunq; rei propria carent numero Plurali: vt* Petrus, Mamôna, Maria, Dido, Carthago, *&c.*

*Tribus tamen modis Propria habent Pluralem.*

1. *Quæ ſunt tantùm pluralis numeri: vt* Pariſij, Athenæ, Cythera, *&c.*

2. *Cùm ſunt res plures eodem nomine: ſic* Duos Catones, plures Fabios, *legimus.*

3. *Cùm ſignificatur hominis alicuius proprietas, vt excellentia*

*lentia, vel ſimilitudo, non ipſe homo: tunc enim Appellatiuorum naturam induunt.*

*Martialis*, Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones, *id eſt, Sint Poetarum patroni, qualis fuit Mæcenas, non deerunt Marones, hoc eſt, excellentes Poëtæ, etiam Virgilio Maroni ſimiles.*

*Rarò Pluralia.*

Multa carent numero Plurali nomina rerum.
Quas eſt conſuetum Menſura, aut vendere Libra.
Huc mi tiro refer Frumenta, Legumina, & Herbas
Cum multis alijs, huc adde Metalla liquores

*Nomina rerum quæ Menſura venduntur, vel Libra, rarò habent Plurale. Huiuſmodi nomina ſunt fermè ſextuplicia.*

1. *Frumentorum*: Siligo, rocken/ Triticum, weitzen/ Hordeum, gerſt/ Auena, haber.
2. *Leguminum*: Faba, bonen/ Piſum, erbeß/ Vicia, wicken/ Eruum.

Frumentum *ſpicis continentur*, Legumen *folliculis.*

5. *Herbarum*: Ruta, Rautē/ Saluia, ſalbey/ Crocus. ſaffran/ Hyſſopus hyſop/ piper, pfeffer.
4. *Metallorum*: Aurum, golt/ Argentum, ſilber/ Ferrum, eyſen/ plumbum, bley/ Stannum, zinn.
3. *Liquorum*: Lac Oleum, ől/ Acetum, eſſig/ Nectar, Muſtum, moſt/ Vinum, wein.
6. *Aliarum rerum, quæ Menſuræ vel Libræ adhibentur*: vt Butyrum, butter/ Seuum, vnſchlit/ Saccharum, zucker/ Lardum, *vel* Laridum, ſpeck.

Horum multa tamen numero vſurpantur vtroq;

*Ex ſuperioribus multa paßim vtroque numero vſurpantur: vt*

*tur.* *vt* Hordea,auenę,farra: Fabę,piſa,lupini.
Lilia,roſę,abſinthia: AEra,electra,orichalca.
Vina,mella,muſta,defruta: Panes,carnes,caſei,&c
Sic bona pars Quintę pluraliter vſque carebit.
geſchlecht/vnſinnigkeit/glaub/
Progenies,rabieſque fides teſtantur id ipſum.
Fixaque Mobilibus deducta adiungere poſsis.
gerechtigkeit/ trunckenheit/ iugendt/
Qualia, Iuſtitia, ebrietas, hilariſque iuuentus,
zorn/mäſſigkeit/nucherkeit alterthumb/
Ita,modeſtia,ſobrietas,triſtiſque, ſenectus.
Sed tamen inuenias quędam pluraliter aptè.
Sic Acies,Species,legimus pluralia rarò.
Vulgò & amicitias ſcis vtilitate probari.

*Maſculina carentia plurali.*

Maſculei generis ſunt hęc & ſingula tantùm.
*Quæ puer ediſces*: Aer,Pontus,meer/Sopor,ſchlaff/
AEther.
abbendt/ kuch/ miſt/
Heſperus, & Veſper, Sanguis. Limusq;,Fimuſque,
vogelleim/
Et Nemo,Ceſtus,Viſcus,cum prole Diei.

*Fœminina*

Vix numerum admittunt Muliebria poſteriorem.
geſchrey/ liecht/ſchult/ plag / todt/ehr/
Fama, Fames, Lux, Culpa, Lues, Nex, Gloria,
Tellus.
Aluus,Humus,Sitis,atque Salus,Plebs,Talio,
Tabes.

zuſamen getragner hauff von holtz/* kinder.
Atq; Strues,* Soboles, Proles & Galla, Suppellex.
* art vnd neigung an jugent/flucht/fall.
Pax, Cholera, & Bilis, cumq́ue* indole, pix, Fuga,
Labes.

### *Neutra.*

Deniq; Neutra manent, numero contenta priore.
hauw/
Paſcha, Salū, Fenū, Letum, iubar, Hepar, & Halec.
kaat/ glaß/
Ver, Cœnum, Vitrum, Vulgus neutrū, Pelaguſq́ue.
gall/ eyß/ eyter/
Iuſtitium, cum Felle; Gelu, Pus, atque Barathrum.
leim.
Gluten, Ebur, Nihilū, Viſcumq́; penūq́; Macellum
Et Virus; ſic Aptota, vt Nil, Faſq́ue, Nefaſq́ue.

### ANNOTATIONES.

Sunt ex his numero quæ poſteriore leguntur.
Aſt vſurpatis rarò, puer vtere raro.

*In his altero numero deficientibus obſeruandus eſt auctorum vſus. Sunt enim non nulla, quæ interdum vtroq; numero à veteribus vſurpantur, quibus niſi ſimili cum gratia nobis vtendum non eſt.*

*Maſculina, Aeres, inuenias apud Vitruuium, Aeribus apud Lucretium*

*Fœminina: Virgilius vſurpat pluraliter* Pices, *Columella* Soboles *Horatius* Paces, *Cicero* Culpas, Charitates, Quietes. Labes, Noces, *Ouidius* Nucibus, *Gellius* Luces, Glorias.

*Neutra: Cicero* Vulgi *Maſculinè, Virgilius*. Sala Poëtæ *paſſim* Vitra.

Caſſaq́ue plurali non nulli plura recenſent.

*Plura quoque recenſent Grammatici carentia Plurali, cùm illum habeant integrum & plenum; cuius ordinis ſunt iſta.*

*Maſculina* Sal, Sol, Ros, Mundus, Fumus, Carcer. *Sic Horatius*, Carceres, *dixit Lucanus* Vncos, *Appuleius* Muſcs.

*Fœminina: A*micitia, *I*nimicitia, *A*rena, Gaza, *I*niuria, Vita, Mors, Tuſſis, *I*ra, *&c.*

*Neutra, A*Euum, Fatum, Forum, Solum, Solium, *&c.*

*Deficientia numero Singulari.*

Multa volunt Numerũ tantûm quoq; Poſteriorem
Quæ facile vt capias, in claſſe ritè coegi.

*Permulta ſunt etiam nomina quæ numero carent ſingulari, quæ, vt à rudibus facilius capiãtur, redegimus ea in ſex ordines ſiue claſſes.*

Cardineus numerus: Ceu, Tres, Sex, Octo, Nouemque.

I. *Primo carent Singulari Numeralia Cardinalia, ſeu Principalia, vt* Duo, zwey/ Tres, drey/ Quatuor, vier/ Viginti zwentzig/ Triginta, dreiſſig/ Centum hundert/ Ducenti, zweyhundert/ *&c.* Mille, tauſent/ *Adiectiuum.*

Diſtribuens numerus: Bini, Terni, *atque* Quaterni

II. *Numeralia Diſtributiua, vt* Bini, Terni, Quaterni Quini, Seni, Septeni, Octoni, Noueni, Deni, *&c.* je zween/ vnd zween/ drey/ vier/ &c.

Nomina Ludorum: *Ceu*, Quinquatres, Megalenſes
Circenſes, *Quibus* Iſthmia, Pythia, Olympia *iunge.*

III. *Nomina Ludorum, ſeu Spectaculorum. vt* Appollinares, Olympia, *&c.*

Oppida iungantur: *Ceu* Puteoli, *atque* Philippi.
Sic Tralleis, Sardeis: ſic flectes Thebæ & Athenæ.
Sic quæ Neutrius generis ſunt, Bactra, Cythera.

IIII. *Multa ac diuerſi generis nomina Opidorum.*

Nomi-

Nomina Feſtorum: Ceu Bacchanalia Bacchi.
Mertinalia Martini, Regalia Regum.
Dant ibus hæc terni, licet orum dent Genitiuis.
Sæpius; Aſt in Ium patrius quandoque legetur.

V. *Nomina Feſtorum: vt* Bacchanalia, Saturnalia, Remigialia, *&c. Quæ habent in Genitiuo ſæpius* Orum, *quã* Ium, *licet Datiuo & Ablatiuo habeant* ibus. *Sed* Dionyſia Orgia, Scenopia, *&c. in Secunda tantum declinatione vſurpantur.*

Nomina librorum: Ceu Biblia, Bucca, Georque
Cum Chronicis, phyſicis; licet addere Rhe, Dia, Grammã.
Hinc tamen excipies, numero inflectenda priori.
Ilias, AEneis, quibus his conformia Iunge.

VI. *Nomina librorum in A finita: vt* Biblia orum: Bucolica, Georgica, Ethica, Muſica; Dialectica, Rhetorica, *&c.*

*Dicimus tamen etiam* hæc Rhetorica, cæ, Dialectica, cæ; *quando ſunt artium & diſciplinarum nomina.*

*Sunt etiam nonnulla librorum nomina numeri tantùm ſingularis, & plurali carentia, vt* Ilias, Odyſſea, *A*eneis *A*rchilleis, Thebais.

*Maſculina carentia Singulari.*

Maſaulei generis ſunt, & pluralia tantùm.
Cancelli, Cani, Gemini ſuperi, & Inferi & Antes.
Liberi, & Annales, Natales, Codique cilli.
Poſteri, item Loculi, Maiores atque minores.
Et cum Cælitibus, Manes, Lemureſque, Penates,

Et

ſchreibtäfele.

Et Pugillares, Artus, Caſſes, proceresſque.

*Fœminina tantùm Pluralia.*

Hæc Muliebria ſunt, nec non pluralia tantùm.

hochzeit.

Nuptiæ, & Exequię, Nonæ, Idus, atq; Kalendæ:

jahrmarckt/ vnnütze reden/finſternuß.

Nundinę, & Excubię, Gerrę, Nugæ, atq; Tenebrę.

brieff/ bäſem/ dreuwort/

Litteræ, & Exuuię, Thermæ, Scopæq́; Minęque.

feyrtag/heimliche nachſtellung/ *kindtswiegen/

Feriæ, & Inſidiæ, * Cunę, Valuęque Diræque.

was vberbleibt.

Antię, & Inferię, cum Tricis, Relliquijſque.

hauß/

Quiſquilię, Phalerę, Clitellę indutię, & AEdes,

Primitiæ, cum Diuitijs, cum Gadibus, Alpes.

Adde puer, noſtris quę ſunt malè verſibus apta,

ſchimpffreden/

Officiæ cum Facetijs Manubijſque.

*Siſtole & Diaſtole.*

*Neutra tantùm pluralia.*

Hęc generis Neutri ſunt, & pluralia tantùm.

Mœnia, cum caſtris; ſic arma, Hiberna, Statiua.

Munia, cum Roſtris, Aeſtiua Crepundia, Iuſta,

Compita cùm Flabris, Bellaria, Luſtra, ferarum.

Exta, Cibaria, Teſqua, Repotia, cùm Paraphernis.

His præcordia, & Incunabula ritè cohęrent.

Mœnia ſunt Ternę, ſed cętera cuncta Secundę.

## ANNOTATIONES.

Pauca tamẽ numero interdum potiuntur vtroq;.

*Maſculina ſingulariter interdum vſurparunt. Ouidius* Cælite, *Iuuenalis* Procerem, *Lucanus* Arrus, *Gellius* Annalem, *Appuleus* Procerem.

*Fœminina:* Littera miſſa tibi liceat dixiſſe Poëtæ.
*Sic Cicero ex quodam antiquo auctore pro Diuitijs, dixit* Ope Barbarica. *Plautus eſt ſingulariter vſus* AEdes. *Idem* Reliqua. *&* offucium *Idem et Gellius* Facetia, *Gellius Genitiuo* Reliquio. *Plinius* Gadis *&* Phalera. *Claudianus & Lucanus A*lpes. *Neuius apud Feſtum* Quiſquilia.

Sint ſatis hęc, quamquã non nulli plura recenſent.

*Maſculina:* Primores, Quirites, Carceres, Sales. Vepres, *& pluralia, quæ plerique dixerunt carere ſingulari, occurrunt interdum ſingulari numero vſurpata.*

*Fœminina:* Argutiæ, Blanditiæ, Bigæ, Quadrigæ, Cærimoniæ, Copiæ, Dicimæ, Genæ. Gingiuæ, Gratiæ, Illecebræ, Inimicitiæ, Latebræ, Mappæ, Minutiæ, Neniæ, Plagæ, Nares; Nates. *Vide Gellium cap. 8. lib. 19.*

*Sic Cicero* Sordem, Salebra. Palea. *Idem & Cæſar* Vigilia *dixerunt. Plinius A*mbage, Scatebra, *A*ntemnam *Ouidius A*ntemna. *Quintilianus Genitiuo* Præſtigiæ *vtitur. Et paßim Poëtæ* Fores Scalæ, arum, Sordes, ium, *licet pluralia ſint vſitatiora, ſingulariter tamen vſi ſunt.*

*Neutra ſingulariter non nunquam vſurpata,* Ilia, Iuga, Claſſica Spolia Viſcera, Tranſtra. Megalia. Mapalia. Palearia. Pugillaria Carcheſia, Comitia *pro loco. Sic pro A*ltaria, ium. *Vulgus A*ltare *dicit.*

### *Deficientia Caſu.*

### *Aclita, Aptota. ſeu Indeclinabilia.*

Aclita dicuntur nullum variantia Caſum.
Hęc eadem rectè Gręcis Aptota vocantur.

Vt fas atque Nefas, Git, Frit, Nil, & Nihil, Inſtar.
Sic Pondo, præſto, Nequam, inuariata manebunt.
Technicè & acceptæ voces, & littera quæuis.

Indeclinabilia *Græcis* Aclita *vocantur, vel* Aptota, *quaſi, Incaſualia, hoc eſt, ſine Caſu, eorumq; alia Subſtantiua, alia ſunt Adiectiua.*

*Subſtantiua*: Fas, Nefas, Git, Frit, Nil, Nihil, Inſtar, pedum, Hir, Subtel, Nepet, Neceſſe, Neceſſum Nauci, Gummi, Sinapi, Cepe, *non* Cepa. *Addunt* Virus; *ſed apud Lucretium Genitiuum* Viri, *&* *Datiuum* Viro *inueniat.*

*Adiectiua*: Opus *pro neceſſario*; Præſto, Nequam, Nihil, Mancipi, Frugi, Huiuſmodi, Cuiuſmodi, Eiuſmodi, *&c.*

Tot, Totidem, Quot, Aliquot, Quotquot, *&c.*

*Dictiones technice, ſeu materialiter poſitæ, ſunt etiam indeclinabiles: vt* Nemo deriuatur ab Homo, Magiſtri eſt Genitiui caſus, Ego eſt primæ perſonæ.

*Item nomina Litterarum*: Scripſit tria peſſima Cappa.

Aptotos ſemper numerus primarius exit.
Aſt vnus, Duo, Tres, & Millia declinantur.
Et Centum, quando, cum cardine conciliatur.
Vt Quadringenti, ſiue Ducenti.

*Numerus primarius ſeu principalis, qui vulgò Cardinalis dicitur, eſt etiam indeclinabilis: vt* Quatuor, Quinque, Decem, Viginti, Centum, *&c.*

*Sed* Vnus, Duo, Tres, Mille, *Subſtantiuum & à*

Centum

Centum *compoſita declinantur: vt* Ducenti,tæ,ta,orũ, arum,orum,*&c.*

Barbara flectuntur peregrinaque nomina rarò.
Induerint habitum niſi Græcum,ſiue Latinum.
Bel datur exemplum; Sed Belus flectier aptum.

*Nomina Barbara ac peregrina,id eſt,neque Latina neq; Græca,rarò declinantur,niſi aſſumãt terminationem Latinam, vel Græcam: vt* Iob Ioſeph Iacob Dauid Iudith Eſther,Eliſabeth Ieruſalem,*pro quibus Latini ſæpè dicunt* Iobus Ioſephus Iacobus Dauides Eliſabetha, Hieroſolyma,*&c.*

Rarò *dixi,quia non nulla legimus in terminatione peregrina,interdum declinata: vt* Dauid,Dauidis; Hannibal Hannibalis,&c.

*Monoptôta.*

Dico Monoptôton,quod caſu flectitur vno.
Sic caſu in recto tantum modo dicimus Exſpes,
Infitias ſolùm Quartum capit,Inferiasque.

*Monoptôta dicuntur,quæ in vno tantùm caſu ſeu terminatione reperiũtur. Sic* Exſpes, *Adiectiuum,id eſt,ſine ſpe,recipit ſolùm Nominatiuum,* Infitias *&* Inferias *ſolùm Accuſatiuum.*

Sic Ablatiuus non nullis ſolus in vſu:
Permiſſu, Iuſſu, Iniuſſu, Promptu, atque Rogatu.
Et Natu,Noctuque,Diuque adiungitur Aſtu.
Dicitur & Iuſſum pluraleque Iuſſa dat Ortum.
Quin etiam Flaccus profert & Silius Aſtus.

*Diptôta.*

Caſibus inflectes tantùm Diptôta duobus.

O Macte & Macti; cum Verbere verberis effer.
Spontis ſponte capit; Repetundarum repetundis.
Tantundem tantidem habeat: Fors forte capeſſit.

*Diptota dicuntur, quæ habent ſolum duos caſus terminatione diuerſos.* Macte *Vocatiuus eſt à* Mactus a, um, *id eſt, magis auctus & cumulatus, vox eſt hortantis. Marti.* Macte animi. *Virgilius,* Macte puer virtute noua.

*Apud Plinium eſt Plurale,* Macti. Macti. *inquit*, ingenio eſte cæli interpretes.

*Genitiuo* Verberis, *Ablatiuo* verbere. *In plurali integrum,* Verbera, verberum, verberibus, *&c.*

Suppetiæ fert ſuppetias: Vice flecte vicemque.
Atque Vices, vicibus: ſit ſic Diptôton vtrimque.
Plus Neutrum pluris generat. Plurale ſit Omne.

Plus *Neutri generis, in ſingulari* pluris *habet in Genitiuo. Apud veteres etiã Ablatiuo* plure, *et Priſciano teſte,* Pluri *In plurali verò integrum eſt, & Omnis generis.*

*Triptota.*

Quæ tres inflectunt caſus Triptôta vocamus.
Dant Patrium, Quartum, Sextumque, Preciſque Dapiſque.
Frugis, Opis; ſed habent caſus pluraliter omnes.

*Triptota ſunt quæ habent ſolùm tres caſus diuerſos: vt* Precis bitt / precum prece, *Terentius etiam* Preci *dixit*
Dapis, herrliche vnd koſtliche ſpeiß / dapem, dape.

Dapis *apud Catonem legitur.*

Frugis, allerley frucht der erden zu eſſen / frugẽ, fruge
Frux, *apud Varronem & Vitruuium inuenias.*
Opis, hülff / opem, ope, *pro auxilio vel poteſtate,*

*Sunt hæc in Plurali integra,* Preces, Dapes, *&c.*

Opes

Opes *verò pro diuitijs eſt tantum pluralis numeri.*
Ops,Opis integrum Diua eſt, Rhea dicta Pelaſgis,
Hæc Opis Nymphæ nomen Quarto petit Opim.
Ambage,ambages,ambagibus,effero tantùm.
Impetis,impete,& impetibus:ſed cætera deſunt.
Sic dica flecte dicam atq; dicas:ſed plura negato.

*Sunt etiam hæc tria Triptota*, Ambage, Impetis,*&* Dica.

Ab hac Ambage:hæ,has,& ô ambages : his,& ab his ambagibus.
Hui⁹ Impetis:ab hac impete: his & ab his impetib⁹,
Hæc dica, hanc dicam.has dicas.
Eſtq; Lues Triptôton habens Quartũ atq; Latinũ.
Gratis grate leges:Plurali dicito Grates.
Vis erit integrum;niſi deſit fortè Datiuus.

Hæc Lues,hanc Luem,ab hac lue.
Huius Gratis,hac grate:*vtrumque rarò. Plur.* hæ,has, *&* ô grates.
Vis *integrum eſt plenum,niſi fortè Datiuo careat.*

*Triptota in plurali.*

AEs,Far,Ius,& Hiems,quibus addito Mel,Mare, Rus,Tus.
Plurali Patrio,Terno,Sextoque carebunt.
Quos ſolos etiam ſeruant ſibi nomina Quintæ,
Tollæ dies & Res: auſum vix addere plura.
Soles,atque Sales,vix agnoſcunt Genitiuum.

*Hæc octo nomina,* AEs,Far,Ius,*&c.habent ſolùm tres caſus ſimiles in plurali,* N*ominatiuum,* A*ccuſatiuum,et* V*ocatiuum,vt* Aera,Farra,Iura,Hiemes,*&c.*

*Quibus adduntur nomina Quintæ declinationis, præter*

Res & Dies, *vt ſuprà dictum eſt.*

*Sol* ſal, *&* Ros, *dicunt carere Genitiuo plurali.*

*Carentia vocatiuo.*

Cuncta carent Quinto, quorum Genitiuus in ſus.
Sic Referens, Interque rogans, coniungito *Signa.*
Pronomen: demtis Noſter, Noſtras, Meus, & Tu.
Sic Quintum caſum dant Totus Solus & Vnus.

*Oſtenduntur hoc carmine ſextuplicia, quæ Vocatiuo carent, quod ea de re fieri indicat libro primo Th. Linacer, quòd ad ea ſermo noſter dirigi non poteſt.*

*Inprimis ea ferè carent Vocatiuo, quæ* Ius *habent in Genitiuo: quæ ferè ad hæc ſequentia reduci poſſunt.*

1. *Relatiua,* Qui quæ quod talis tantus tot.
2. *Interrogatiua,* Vter? quis? qualis? quantus?
3. *Triplicia ſigna.*

*Vniuerſalia:* Omnis cunctus quiſquis quicunque. nemo nullus vterque neuter.

*Particularia:* Aliquis quidam alter plerique.

*Infinita:* Siquis aliquis vllus.

4. *Pronomina præter,* Tu meus noſter *&* noſtras.

*Auctoritas tamen non nullis interdum Vocatiuum dedit.*

*Virg.* Exorare aliquis noſtris ex oſsibus vltor.
*Ovid.* Quilibet huc dixit confuge tutus eris.
*Idem.* Ipſe meas æther accipe ſumme preces.
*Tibul.* Idem ſi fas eſt, mos precor ille reddi.
*Idem.* Iam mihi libertas illa paterna vale.
*Cicero.* O nox illa, quæ tenebras attuliſti.

*Adiectiua carentia in Plurali Nominatiuo. Accuſatiuo & Vocatiuo Neutri generis.*

Plurima ſuſcipiunt numero genus Omne priore.

Sed

Sed per A quod fieret Neutrum Plurale recuſant.
*Huc ſpectant* Diues Soſpes Comes atque Superſtes.
Præſes Hebes. Teres & Locuples Perpesq; vegesq;
Et quæ Pes præbet. Memor, Immemor adde Bicuſpis.
Atq; Tricuſpis Inops Supplex Deſesque, Reſesque.
*Cum paucis alijs, quæ Lectio multa docebit.*

*Adiectiua quatuor Communis generis in Nominatiuo.*

*Accuſatiuo & Vocatiuo vtriuſque numeri.*

Quatuor hæc Pauper Puber, cum Degener, Vber.
In Recto & Quarto ſolum Communia ſunto.
In reliquis genus Omne tenēt: nam. Pauperis, æui.
Pauperis & tuguri, legis & de paupere regno.

*Abundantia terminatione.*

Ne deſit locuples Romanæ copia linguæ.
Luxuriant quædam varios ſumentia fines.

*Abundantia dicuntur, quæ eadem ſignificatione varijs terminationibus efferuntur, vt* Rapa, Rüb/vel rapum: Capus, Capaun/*vel* capo.

*Hæc verò ſpectant ad Latini ſermonis copiam & varietatem ne is ſcilicet ſui vbique ſimilis, nauſeæ ſit aut faſtidio.*

A, Es. *Primæ declinationis.*

Cometa, Planeta, Eccleſiaſta, Iſraelita, Niniuita Spartiata.

A, Es, *Primæ & Quintæ declinationis.*

Auaritia duritia materia maceria mollitia munditia, nequitia pigritia ſegnitia.

A. Vm, *Primæ & Secundæ declinationis.*

Bucina ganea margarita menda mulctra poſtica rapa ſtragula zizania.

Vs, Vm, *Secundæ declinationis.*

Antidotus, baculus, balteus, buxus, chirographus, commentarius, coſtus, cryſtallus, crocus, helleborus, hyſſopus, intubus, nardus, papyrus, punctus, ſupparus, taxus, tignus, thymus, viſcus.

Vs, Vm, *Secundæ & Quartæ declinationis.*

Angiportus, cubitus, euentus, iuſſus, ſenſus.

Vs, O, *Secundæ & Tertiæ declinationis.*

Capus. lanius. ludius. ſcorpius.

Es, O, Vm, *Secundæ, Tertiæ & Quartæ declinationis.*

Alluuies, colluuies, diluuies, proluuies.

*Item hæc.*

Apes is; Admonit⁹, itio; Affectus, tio.
Baccar, baccaris, Beatitudo, beatitas.
Contagium, io. Cupido. tas. Concinnitudo, tas.
Cantus, tio, cantilena. Cultus, cultura. Cucumis, cucumer. Concha, conchile, conchilium

Deſcenſus, io. Deſpectus, io. Diſſenſus, io. Digreſſus. io. Dulcedo, dulcor.

Gibber, gibbus: Galbanus, num. Gobius, bio.
Incurſus, io. Impulſus, io. Iuuentus, ta.
Mollitia, ties, mollitudo. Monitus, itio, itum.
Neceſſitas, neceſſitudo. Noualis, le.
Occiput, occipitium.
Paupertas, pauperies, potus, tio. Permiſſus, io.
Raptus, tio. Reditus, itio. Retis, te.
Sanctitas, ſanctitudo. Suauitas, ſuauitudo.
Torques, is. Tonitrus, tru. Teuto, Teutonis.
Vomis, *&* *ſæpius* Vomer.
Plebs, *vel* plebes, Seps, *vel* ſepes. Trabs, *vel* trabes.

Pileus,

Pileus, *vel* Pileum. *l plurali ferè* pilea, *non* Pilei.
Pauus, *& vſitatius* pauo: *tum maſculus, tum fœminæ.*

*Sunt & Græca Terminatione abundantia.*

Agamemnon, & Agamemno : Anchiſes, & Anchiſa.
*Plautus* Syngraphus : *Cicero* Syngrapha.
Dæmon, & Dæmonium : Xyſtus, & Xyſtum.
Titan, titanus. Delphin, delphinus.
Elephas elephantus.

*Item hæc*, Caſſis, caſſida. Crater, cratera. Panther, & panthera.
Hebdomas, hebdomada. Lampas, lampada.

*Et alia multa, quæ ſuperius Latinis commiſcentur.*

*Sunt quibus tres terminationes à quibuſdam tribuuntur.*

Alcyon, Alcyone & Alcedo.
Appetitus, tio, & appetentia.
Baptiſmus, ma, & mum.
Cauilla, cauillum, & cauillatio
Cantus, cantio, & cantilena.
Concha, conchille, & conchilium.
Cultus, cultio & cultura.
Dominatus, dominatio, & dominium.
Mollitia, molſities, & mollitudo,
Mulctra, mulctrum, & mulctrale.
Tapes, tapete, & *vſitatius* tapetum.

*Annotatio & Admonitio.*

*Huiuſmodi nomina abundantia plerique Grammatici multo plura congreſſerunt, vſitata & inuſitata, atque etiam iam olim deſita. Cuiuſmodi qui fortè requiſierit, Nonium Marcellum. Ioan. Deſpauteriũ vel Ioan. Lorichium conſulat.*

*Sed obſeruandum in huiuſmodi omnibus, quid vſus & ſcriptorum auctoritas approbarit. Nam vt optimè apud Gellium Phauorinus admonet.* Loquendum eſt verbis præſentibus *Et apud eundem pulcherrimè Octauius Cæſar,* Non aliter in ſermone fugiẽdum verbum in ſolens, quam in curſu ſcopulus, *quod notatu & obſeruatu digniſsimum eſt.*

*Abundantia in Obliquis.*

Sunt quæ nunc flectit Quartus, nunc Ordo Secundus.

*Quædam ſunt ſecundæ & Quartæ declinationis:* Colus, laurus, lacus, quercus, pinus, cornus, ficus, domus, *In quibus obſeruandum, quos caſus frequentior doctorum vſus magis approbarit.*

Colus; huius coli, & colus, ab hac colo, & colu.
Laurus huius lauri; & laurus has lauros & laurus.
*Cæteri Caſus ſunt Secundæ declinationis.*

Quercus, huius querci; & quercus, harum quercorum, & quercuum,
*Addunt* Lacus huius laci, & lacus.
*Cæteri caſus ſunt Quartæ declinationis.*

*Pinus & Cornus, præter terminationes* V, & Vs, *ſunt Secundæ declinationis.*

Hic Ficus fici, pro morbo flectitur aptè.
Hæc Ficus fici, vel ficus fructus & arbor.

Ficus *pro fructu rarò legitur Maſculinum.*

Sunt duo quæ flectat Quartus vel Tertius ordo.
Hic *aut* hæc Penus us ui, *&c. ſine Plurali.*
Hoc Penum, ui. *Vel* hoc penus penoris, *&c. Plural.* hæc ra.

Hic *aut* hæc Specus, us, ui.
Hoc Specus, *in Nominatiuo, Accuſatiuo, & Vocatiuo, cæro & plurali caret.*

Lectum

*Lectum eſt etiam* hoc Specum & Specu *indeclinabile.*

*Adiectiua abundantia.*

Iam quæ luxuriant, puer. Adiectiua notabis.
Quæ vel in is Ternus, flectit vel vs ordo Secundus

*Sunt quædam Adiectiua, quæ in* vs *flectuntur, per Secundam declinationem, & in is per Tertiam.*

Imbecillus, *vel* imbecillis; Exanimus, *vel* exanimis.
Inermus, *vel* Inermis: Infrenus, *vel* infrenis.
Semi ſomnus, *vel* ſemi ſomnis: *de quo Valla.*
Magnanimus, effremus, bijugus, *rarò in is exeunt.*
Imberbis, procliuis, acciuis, decliuis, enormis, informis, exſomnis, inſomnis, illimis, hilaris, *rarò in Vs deſinunt.*
Sincerus *eſt ſemper Secundæ declinationis.*

# CAPVT IIII.

## DE COMPARATIONE.

Comparatio *eſt nominis voluti per gradus quoſdam variatio:* vt Doctus, doctior, doctiſsimus.

*Comparantur ſolùm ea nomina adiectiua, quorum ſignificatio poteſt augeri vel minui. Siue, quibus rectè adiungi poſſunt Aduerbia* Magis & Minus.

*Gradus Comparationis ſunt tres. Poſitiuus, Comparatiuus, & Superlatiuus.*

Poſitiuus *eſt, qui rem abſolutè ſignificat & ſimpliciter:* vt Magnus groß / paruus, klein / *& deſinit in* Er, Vs, Is, Ns. X, *vt* Pulcher, ſchön / doctus, gelehrt / fortis, ſtarck / &c

Comparatiuus *eſt, qui rem attollit vel deprimit & deſi-*

*nit in* Or: *vt* Maior, gröſſer/ minor, kleiner/ *habetq́;* Vs *in Neutro genere: Vt* hoc maius, minus.

Superlatiuus *eſt, qui rē collocat vel in ſummo loco, vel in infimo, & deſinit in* Mus: *vt* Maximus, aller gröſt/ minimus, kleinſt.

*Comparatio eſt triplex.*

Analoga *ſeu* Regularis *eſt, quæ certam aliquam ſequitur regulam, hoc eſt, in qua Comparatiuus & Superlatiuus formantur à Poſitiuo ſecundum certam regulam: vt* Doctus, doctior, doctiſſimus. Dis, reich / ditior, ditiſſimus.

Anomala *ſeu* Irregularis *eſt quæ à communi regula deflectit, ſeu quando Comparatiuus & Superlatiuus contra alterum formantur regulam: vt* Bonus, fromb/ melior, optimus.

Elliptica *ſeu* Defectiua *eſt, quæ caret aliquo gradu: vt* Iuuenis jung/ iunior, *& aliquando* iuuenior, *ſine ſuperlatiuo;* Diuerſus. abgeſcheiden/ diuerſiſſimus. *ſine Comparatiuo,* Ocyor, ſchneller / ocyſſimus, *ſine Poſitiuo.*

*Comparatio, Analoga, ſeu Regularis.*

*De Comparatiuo.*

Si Patrio Docti iungas Or Doctior exit.
Si Terno Forti iunge Or, tum Fortior hinc fit.

*Comparatiuus formatur à primo caſu Poſitiui in I, addendo* Or: *vt* Doctus, docti, doctior, Amicus, lieb/ angenehm/ amici amicior; Fœlix, fœlicis, fœlici, fœlicior; Tenuis, dün/ tenuis, tenui, tenuior.

*Exceptio.*

In Dicus, atq; Vicus, Volus, & Loquus, Entior addunt

*Adiecti-*

*Adiectiua pleraque in* Dicus, Ficus, Folus, *&* Loquus, *habent* Entior, *in Comparatiuo: vt* Maledicus, ſchmachredig/maledicentior, maledicentiſſimus.

*Sic* Magnificus herzlig/Beneuolus, gutwillig/ *vel* beneuolẽs, Breuiloquus, kürtz mit worten/ *vel* breui loquens.

Veridicus, warhafftig in worten/*tamen, et alia quædam hanc comparationem non admittunt.*

*De Superlatiuo.*

A patrio docti, forma Doctiſſimus atque.
A Terno Forti, rectè fortiſſimus eſſet.

*Superlatiuus formatur à primo caſu Poſitiui in I, addendo*, S, & Simus: vt Amicus, Amici, amiciſſimus, Satur, ſat/ ſaturi, ſaturiſſimus, *& aliquando* saturrimus; Tenuis, tenuis tenui, tenuiſſimus; Prudens, fürſichtig/ prudentis, peudenti, prudentiſſimus.

*Exceptio.*

At Poſitiuus in Er, Rimus adijciet Superanti.

*Poſitiua in Er aſſumunt* Rimus *in Superlatiuo: vt* Pulcher, Pulcherrimus. *Sic* Niger, ſchwartz/ ater, teter, heßlich/pauper arm/acer, celeber *&c.*

S mutant in Mvs, Facilis, Similiſque, Humiliſque,
hurtig/ſchmal/gelehrig.
Vix Agilis, Gracilis, Docilis. *Sæpè* L *geminatur.*

*Tria in Lis cum ſuis compoſitis* S *mutant in* Mus, *in Superlatiuo*: Facilis Leicht zu thun/facilimus. Difficilis ſchwär zu thun/difficilimus. *Sic* Similis, gleich/ Diſſimilis, vngleich/ Humilis, demütig.

*Poetæ in his Superlatiuis* L *frequenter geminant: vt* Similli-

millimus facillimus; *Addunt his Grammatici alia tria, quæ etiam dicunt habere* Limus: Agillimus, Gracillimus. Docillimus, *ſed omittũt veterum teſtimoniũ.* Semper ab Entior, eſt Entiſsimus in ſuperante.

*Comparatiua in* Entior *habent* Entiſsimus *in Superlatiuo: vt* Beneuolus beneuolentior beneuolentiſſimus, *ſic* Honorificus magnificus maledicus grandiloquus, *&c.*

*Comparatio Anomala ſeu Irregularis.*

Accipiunt non nulla gradus à lege alienos.

*Comparantur quædam irregulariter:*

Bonus melior optimus; Malus böß / peior, peſſimus.

Paruus, minor minimus; Magnus maior maxim⁹

Multus/viel/plurimus; multa plurima; multum, plus, plurimum.

*Nam* Plus *in Singulari eſt Subſtantiuũ, & Neutri generis In plurali verò Adiectiuum. & . Omnis generis.*

Vetus, alt, veterior veterrimus *ab inuſitatio.* Veter *quod apud Ennium legitur.*

*Sic* Maturus zeitig/ maturior, maturiſsimus, *&* maturrimus, *tanquam à* Matur.

Dantq; gradus Aduerbia quædã, & Præpoſituræ.

*Videntur etiam Anomaliam ſequi quæ formantur à Poſitiuis Aduerbiorum, & Præpoſitionum, Cuiuſmodi ſunt.*

Vltra vlterior vltimus; Citra, citerior, citimus.

Intra interior intimus; Infra inferior infimus, *&* imus.

Suprà, ſuperior ſupremus & ſummus.

Extra exterior extremus *&* extimus, *ſed rarius.*

post

Poſt poſterior emus; Prope proprior proximus.
Pridè prior primus; Penitus penitior, penitiſsimus.
Diu diutùs diutiſsimè; Sæpè ſæpius ſæpiſsimè.
*A* Nuper *ſit tantùm* nuperrimus.

*Comparatio Elliptica & Defectiua.*

Vno defectiua gradu non nulla leguntur.
*Quædam carent vno ex tribus Comparationis gradibus.*

*Poſitiuo carent*, Ocyor ociſsimus.
Potior, potiſsimus; à potis, & pote *nunc abſoleto.*
Deterior deterrimus, *ab inuſitato*, Deter.
Frugalior frugaliſsimus, *ſine Poſitiuo.* Antiquior. antiquiſsimus, *pro* potior, potiſsimus, *ſeu* carior. cariſsimus.

*Compartiuo carent*, Diuerſus, diuerſiſsimus.
Falſus, falſiſsimus; Fidus, fidiſsimus. Inclytus, inclytiſsimus. Inuitus inuitiſsimus. Iuriſconſultus, iuriſconſultiſsimus.
Meritus meritiſsimus. Nuper nuperrimus.
Perſuaſus, perſuaſiſsimus. Sacer ſacerrimus.

*Superlatiuo carent*, Adoleſcens adoleſcentior.
Ante, anterior. Communis, communior. Diues, diuitior. Infinitus infinitior. Ingens ingentior. Iuuenis, iunior, *& aliquando* iuuenior. Longinquis, longinquior. Proximus, proximior. ſenex, ſenior. ſupinus, ſupinior. Taciturnus, taciturnior. *His adde.* Dexter, dexterior, ſiniſter ſiniſterior: *nam* Dextimus & ſiniſtimus, *priſcis idem ſignificant quod* Dexter & ſiniſter. *Perottus tamen & alij* Dexter, dexterrimus, *habere volunt.*

*Incom-*

*Incomparabilia.*

Vs purum plerumq; magis, tum Maximè adoptat.

*Finita in* Vs *purum, hoc eſt habentia Vocalem ante* Vs, *comparantur ferè per Aduerbia* Magis, *&* Maximè: *vt* Idoneus, magis idoneus, maximè idoneus, *& contra* Minus idoneus, minimè idoneus, *ſic* Pius, dubius, induſtrius, arduus, vacuus, aſſiduus, ſtrenuus, exiguus, perpetuus, *&c.*

## ANNOTATIONES II. *de rarò vel nunquam comparabilibus.*

I. *Comparatiua & ſæpius Superlatiua nominum in Vs purum deſinentium inueniuntur etiam, potiſſimùm apud vetuſtatis amatores, regulariter non rarò comparata.*

*Sic Plautus eſt vſus Comparatiuo* induſtrior, *Cato* Innoxior, *Varro* Aſſiduior.

*Sic idem* Aſſiduiſſimus, *Cicero* aſſiduiſſimè. *Cato* Arduiſſimus & Perpetuiſſimus, *Pacuuius,* Egregiiſſimus. *Salluſtius & Tacit.* Strenuiſſimus. *Ouidius,* Vacuiſſimus. *Quintilianus, Plinius Curtius, & Seneca,* Piiſſimus. *Quod tamen ipſum reprehenſum à Cicerone in Antonio, tanquam inuſitatum.*

*Sic inuenias pluralia apud veteres & priſcos, quæ ab ijs non nunquam iocosè & admouendum populo riſum excogitata videntur, cuiuſmodi fortaſſis illa apud Plautum,* Patruiſſimus, Taciturniſſimus, *&* Ipſiſſimus, *quod idem Græcè Ariſtophanes aſtotatos dixit. Lucretius* Paruiſſimus. *Actius* Magnificiſſimus. *Cato* Beneficiſſimus, *Terentius* Mirificiſſimus.

II. *In comparando vbique obſeruandum eſt, quid probet vſus & veterum doctiſſimorum auctoritas: nec enim omnia Adiectiua nomina comparantur.*

*Vel quia vetat ſignificatio, quæ comparando augeri vel minui nō poteſt.*

*Vel quia in multis obſtitit veterum ſcriptorum auctoritas; quæ comparationem eorum non recipit.*

*Prioris*

*Prioris generis ſunt multa nomina Deriuatiua,*
*vt Diminutiua*, Tenellus, paruulus.
*Poſſeßiua*, Paternus Tullianus.
*Interrogatiua*? Quis? qualis? quantitas?
*Partitiua*, Quiſque, alter, alius.
*Diſtributiua*? Omnis, cunctus, nullus,
*Gentilia*, Italus, Hiſpanus, Brabantus,
*Patria* Romanus, Aquinas, Louanienſis.
*Materialia*, Aureus, argenteus, *&c.*
*Pronominalia*, Ille, meus, noſter, *&c.*
*In* I N V S, Matutinus, craſtinus.
*In* I V V S Fugitiuus, demonſtratiuus.
*In* S T E R, Campeſter, ſilueſter, pedeſter,
*In* G E R, Laniger. corniger, armiger,
*In* F E R, Furcifer, Lucifer. (ſibilis
*Poſterioris verò generis ſunt, Adiectiua in* BILIS, Laudabilis, ri-
*In* I M V S, Opimus, magnanimus.

*Item. hæc*, Canus, criſpus balbus blæſus claudus canorus, mirus, delirus egenus ieiunus inclytus rudis cicus degener memor almus, *& alia quàm plurima.*

*Vt in* V S *parum finita, de quibus ſuprà.*

*Habentia litteram* N *ante* DVS, *vt* Reuerendus, colendus, obſeruandus, venerandus, vagabundus, *& his ſimilia, quorum nõ nulla à recentioribus praua conſuetudine comparata leguntur.*

Reuerendiſſimus *enim*, Colendiſſimus & Obſeruantiſſimus *non Romanorum hominum, ſed aſſentatorum potius vocabula videri poßint.*

*Illud poſtremò hic admonuerim, ea quorum ſignificatio Comparationem recipit ſed tamen à doctis non eſt recepta, poſſe per* Magis et Maximè, Minus, *&* Minimè *rectè efferri; vt* Rudis, magis, rudis, maximè rudis; Rudis, minus rudis, minimè rudis; Minus mirum minimè mirum. Hic magis eſt pius quam ille, Antonius, ad hanc rem minus idoneus eſt Petro.

*Quatuor partes orationis comparantur.*

*Nomen, vt* Doctus *Participium, vt* Abundans conſilio:
*Aduerbium, vt* Fortiter, *Præpoſitio, vt* Prope vrbem.

# CAPVT. V.

## DE VERBORVM PRAETERITIS ET SVPINIS.

Nominis & Genus & Flexum confecimus, euge.
Dicamus Verbi nunc præteritum, atq; ſupinum.

*Capitibus quatuor ſuperioribus docuimus. Nominis Genus & Declinationem, nunc hoc quinto capite oſtendetur Verbi præteritum & ſupinum.*

### *Regulæ generales.*

I. Compoſitum ſimplexq; modo flectuntur eodē.
Hinc excepta ſuis melius loco, & ordine dicam.

*Compoſita Verborum formant Præteritum & ſupinum ad regulam ſimplicium:* Dico, dixi, dictum. Prædico, prædixi, prædictum.

*Quædam tamen ſuis locis excipiuntur, vt in proxima videre eſt regula.*

II. Cùm geminat ſimplex, Cōpoſita nō geminabis.
Excipe quæ gignunt Do, ſto cum Poſcere, diſco.

*Cum Verbum ſimplex geminat principium Præteriti compoſitum non geminabit:* vt Tundo, tutudi. Contundo, contudi *penultima breui, non* contutudi. Pello, pepuli. Compello, compuli, *non* compepuli.

*Excipiuntur quatuor verborum compoſita, quæ Præterita geminant ſeu duplicāt, more ſimplicium, ſcilicet à* Do, ſto. poſco, *&* Diſco.

Do, dedi. Addo, addidi. Reddo, reddidi. Venumdo, venumdedi.

ſto, ſteti, Adſto, adſtiti. Reſto, reſtiti. præſto, præſtiti.

Poſco, popoſci. Depoſco, depopoſci. Repoſco, repopoſci.
Diſco didici. Dediſco dedidici. Ediſco, edidici.

*De Compoſitis à* Curro. *&* Pungo, *dicemus ſuo loco.*

III. Nulla Supina ferunt ſibi principiũ geminari.
Vt Pello, pepuli pulſum minimeque pepulſum.

*Supina nunquam geminant, vt* Pello pulſum, *habet in ſupino, non* pepulſum; Curro curſum, *nõ* cucurſum,

IIII Præteritis, quæcunq; carẽt, ſpoliato Supinis.
Atq; eadem quæ ſint, te carmina pauca docebunt.
Nexo, Labo, ſido, Ferio, cum Polleo, Vado,
Ambigo, cum Satago, cum Vergo, Gliſcit, & Aio,
Mæret, Auet, Nidetque, Furit, ſic Hiſco, Fatiſco.
Et Ringor, Veſcor, Liquor, Medeor, Reminiſcor.

*Verba quæ carent præterito, carent etiam Supino. Cuiuſmodi ſunt quæ continentur illis quatuor verſiculis,* Nexo, Labo, ſido, *&c.*

*De Inchoatiuis & Meditatiuis agemus commodius ſuo loco, ſub finem videlicet ſexti capitis.*

V. Præteritum Produc dyſſyllabon atq; ſupinum.
Tolle bibit, ſcidit, atq; Fidit, Tulit, ortaq; Do, Sto.
Tolle Supina nouẽ, Datũ, Itumque, Quitumque. Citumque.
Adde Litumq;, Satumq;, Situmq;, ratumq;, rutũq;

*Præterita & ſupina diſſyllaba producunt priorem ſyllabam: vt* Ludo, luſi, luſum. Illudo, illuſi, illuſum. Vidi, viſum. Inuidi, inuiſum.

*Excipiuntur ſex præterita, quæ priorem corripiunt: vt* Bibo, bibi. *hinc* ebibi, *media breui.* Scindo, ſcidi, diſcidi. Findo, fidi, diffidi. Fero, tuli, attuli. *Sic Præterita à*

Do & Sto: Dedi, addidi, venũdedi. Steti, adſtiti, &c.

*Excipiuntur etiam nouem Supina, quæ priorem corripiunt: vt* Datum, *hinc* additum. Itum, *hinc* reditum. Satum, inſitum, *&c.*

VI. Præteritum verbi, varium ſi fortè legatur.
Id ſequere hoc retine, retinet quod crebrior vſus.

*Vbi veteres Præterita aut Supina variant, ſequentur tum pueri vſum crebriorem.*

Sic Cubo, det cubui; noli proferre cubaui.
Sic Vello, velli, malim, quàm dicere vulſi.

## REGVLAE SPECIALES.
### DE PRIMA CONIVGATIONE.

Præteritis Aui, dat & atum prima ſupinis.
Detur in exemplum, Cantillo, aut Ambulo, Sudo.

*Verbum Primæ coniugationis facit Præteritum in* Aui, *Supinum in* Atum: vt Amo, lieben / amaui, amatum. Cœno, zu nacht eſſen / cœnaui, cœnatũ. Neco, tödtẽ / necaui, necatum; *hinc* necatus. Eneco, aui, atum. *& aliquando* enecui, enectum; *hinc* enectus *ſæpius quàm* enecatus.

*Excipiuntur ferè quindecim.*

Bo.

Vt Cubo dat cubui, cubitum: ſic Nata ſequuntur.
A Cubo compoſitum capiens M Tertia flectit.
Aſt in præteritis expungitur atque ſupinis.

Cubo, ligen / ſchlaffen / *facit* cubui cubitum: *ſic & compoſita, quæ ſine* M *ſunt, Primæ coniugationis: vt* Accubo, bey ligen / Incubo, auff etwas ligen / Recubo.

*Quæ* M *aſſumunt, ſunt tertiæ coniugationis: vt* Accumbo, In-

bo,Incumbo,Recumbo;*ſed in Præteritis* M *abijciunt vt* Accumbo,accubui,accubitum.

*Porrò* Excubo,wachen Secubo auffligen/ *&* Supercubo,auffligen.*nunquam* M *abijciunt.* accipiunt

Decumbo,zu beth ligen. Diſcumbo, zu tiſch ſitzen Procumbo, für ſich nider ligen. Succumbo, vnder ligen.*nunquam aut rariſsimè* M *abijciunt.*

Co.

Dat Frico,vi,frictū;Seco,vi,ſectū;Mico,vi,dat.
Dimico ſic dat vi: ſed ſæpius *A*uit & *A*tum.

Frico,kratzen reiben fricui,frictum. *A*dfrico, anreiben,Confrico zuſammen reiben/Defrico, abreiben,Perfrico durch reiben.

Seco,ſchneiden,hauwen.ſecui, ſectum. Diſſeco, zerhawen.Exſeco.außhawen. Præſeco, vorab hauwen.Reſeco,abhauwen.

Mico, ſcheinen. micui, *ſine ſupino, ſic* Emico. promico,weit herfür ſcheinen.Dimico fechten.
*Sed* Dimico *ſæpius habet* dimicaui,dimicatum.

*A* Plico nil legi,doctorum quod probet vſus.
*A*ui,atum format proles quæ nomine conſtat.
*A*ui,atum,vel vi dat itum,quæ *Præpoſitura.*
Supplicat *A*ui,atum;Replicat cui ſæpè cohæret.

Plico,falten.*habuiſſe olim* plicaui,plicatum,*docent compoſita.*

*Phocas & Diomedes ponunt* plicui,*ſed deſunt teſtimonia.*

*Compoſita à* plico *ſunt duplicia. Quæ cum nomine componuntur habent* aui, atum: *vt* Duplico, zweyfaltig machen.rc triplico, quadruplico, multiplico : vilfaltig machen.*quibus additur* Supplico, demütiglich

bitten/aui atum, *tâtum & Replico*, auffwicklen/ aui atum *vſitatius.*

*Quæ verò componuntur cum Præpoſitione, habent* Aui, atum & ui itum, *vt* Applico beythun/ complico, zuſamen faltē/explico auffthun/ implico verwirrē/ *Obſeruandum tamen quid in iſtis magis approbet doctiſſimorum auctoritas, vide infrà Annotationes.*

Do.

Do dedit atque datum: Primæ quod & Orta ſequuntur.

Circundo Venumdo, Peſſundo, atque Satiſdo.

Sed Didit atq; Ditum, donant quæ Tertia flectit.

Credidit. Edidit, Addidit huc cape teſtes.

Abſcondi raroq́ue Didi, dat itumq́ue Supino.

Do geben/ dedi datum, *penultima breui, quod ſequuntur compoſita Primæ coniugationis,* Venumdo, verkauffen/ venumdedi venumdatum. *Sic* Circumdo, vmbgeben/Peſſumdo, zertretten/Satiſdo genugſam geben/*quæ A poſt D corripiunt.* Venumdabam, venūdabo, venumdarem: venumdare, venumdatum: *ſed non in* venumdas, venumdant, *&c.*

*Reliqua compoſita præter hæc quatuor, ſunt Tertiæ coniugationis, habentq́;* Didi, Ditum, *penult. breui: vt* Addo, zugeben/addidi, itum. *ſic* Reddo, widerumbgeben/ perdo verlierē/prodo herfur thū/ indo hineinthun/ vendo verkauffen, reuendo, *ſic* Abdo, verbergen/ trado, vbergeben/credo glauben/edo am tag geben/ condo hinder ſich halten/ recondo, *ſed* Abſcondo, verbergen/abſcondi abſconditum. *Apud Plautum tamen & Silium reperitur etiam* abſcondidi.

Mo, No. Po.

Dant vi, itumq́ue Domo, Sono, cum Tono, iungo Crepare.
Increpo malit vi: ſed Diſcrepo ſæpius Aui.

*Hæc quatuor habent* ui *in Præterito, et* itum *in Supino: vt* Domo, zam machen/domui, domitum, *ſic cætera,* Sono lauten/Tono donneren/Crepo tönen/*&* Cõcrepo. *Sed* Increpo, rauſchen/ ſtraffen *&* Diſcrepo, anders lauten/*habent vtrumque quidem*, Aui, atum, *&* ui, itum. *Vſitatius tamen* Increpo. ui itum: *ſed* Diſcrepo, aui. atum.

To.

Potaui, potum; Potatum rarius effer.
Dat Veto Præterito Vetui, Vetitumq́ue Supino.
Sto, ſtetit & ſtatum doctorum format in vſu.
Quod Sto, componit, ſtitit atque ſtitum, dat & Atum.

Poto, trincken/potaui potum, *ſæpius quã* potatum. *Hinc* Compono zuſammen trincken/ Epoto, außtrincken/ *penultima longa.*

Veto, verbieten/vetui vetitum.

Sto, ſtehen *facit* ſteti ſtatum, *penultima Supini longa Compoſita habet* Stiti, ſtitum *&* ſtatũ: *vt* Adſto, beyſtehẽ/adſtiti, adſtitũ, *&* adſtatũ, *ſic* Preſto vbertreffen/ conſto beſtehen/obſto widerſtehẽ/reſto vberig ſeyn.

*Horum Participia in* aturus *ſunt crebriora quàm in* iturus: *vt* præſtaturus *vſitatius quàm* præſtiturus.

Vo.

A Iuuo fit iuui; proli potes addere Iutum.
A Lauo fit laui lotum: interdumq́ue Lauatum.

Iuuo, helffen/ iuui, *ſine Supino: ſed* Adiuuo, adiuui, adiutum.

*Hinc frequentatiuum,* Adiuto *penultima longa.*

Lauo waſchen/ laui, lotum, *&* lauatum, *apud Terẽtiũ & Horatiũ, apud quem etiam Participium* Lauaturus

A Lauo *compoſita ſunt Tertiæ coniugationis: vt* Abluo ablui, ablutum, *ſic* Diluo, polluo, proluo, *&c.*

ANNOTATIONES.

I. *Obſeruandum quod ex capite ſecundo libri primi Laur. Vallæ admonent hæc loco Graamatici, quod nimirũ in Prima cõiugatione à ſupinis in itũ formantur ſæpè Verbalia in Atio, vt* Cubatio, Crepatio, Domatio, Sonatio, Tonatio, Vetatio *Sic* Secatio Fricatio

*Sed hæc Vallæ obſeruatio interdum fallit. Nam ſubinde vtrumq; inuenias,* Cubitus, *&* cubatus, us, ui. Incubitus & incubatus. Incubito *&* incubatio. Accubitio, *&* accubatio.

*Sic dicimus* Domitor *&* Sector, *&* Sectio *vſitatius videtur* quàm Secatio *Sic* Fricatio *dicitur, & non rarò* Frictio.

II. *Horum compoſita ſunt diſsimilia: nam quæ Præteriti ſunt temporis, exeunt in* Itus; *quæ verò Futuri, in* Aturus; Domitus, domaturus; Vetitus, vetaturus; Præſtitus, Præſtaturus.

III. *Inuenias ad hæc per multa veterum teſtimonia, quæ perſpicuè teſtentur, ac doceant, olim pænè omnia verba huius Coniugationis feciſſe Præteritum & Supinum in* aui, atum, *ſecundum Analogiam, vt ex aliquot ſubiectis exemplis cuiuis facilè conſtare queat.*

*Quintilianus* Cubaſſe *dixit. Plinius* Incubauere

*Idem Plinius,* Fricatus, defricatus, perfricatu.

*Cicero* Fricaturus, *&* refricaturus.

*Plinius & Columella* Secaturus.

*Cæſar* Dimicuerat. *Sed Ouidius* Dimicui.

*Sic ab* Emico, emicaturus *vſitatum eſt.*

*Horatius* Intonatus. *Idem* Sonaturus.

*Manilius* Reſonauit. *Virgilius* Domiturus.

*Cicero* Increpaui, increpatum. *Horatius* Diſcrepui.

*Terentius* Potaturus. *Plinius* Potatum.

*Hinc è* Potatum, potatio *vſitatum vtà* Potum, potio.

*Perſius*

*Perſius* Vetaui. *Properrius* Reſtauimus.
*Cicero* Præſtaturus *Lucanus & Martialis* Conſtaturus.
*Manilius* iuuani *Salluſtius*, iuuaturus.
*Terentius & Horatius* Lauatum.
*& hinc* Lauaturus *&* Lauatio *paſsim obuia.*
*Virgilius & Horatius vtuntur etiam* Lauo *in tertia Coniugatione.*

IIII *In compoſitis à* Plico *eſt obſeruandum, quid ſit in ijs plus aut minus à veteribus vſurpatum: Sunt enim alijs alia frequentiora.*

| | | |
|---|---|---|
| Applico | *ſæpius* | applicaui, applicatum. |
| Complico | | complicaui, complicatum. |
| Explico. | | explicaui, *&* explicui, explicitum. |
| Implico | | implicui, implicitum, *&* implicatum. |
| Replico | | replicaui, replicatum, *vt* Supplico. |

Applico, *cùm ad nauigationem ſpectat, habet ferè* applicui.
Explico, *pro explanare,* explicaui *habet.*

*Horum Participia futuri temporis in* Rus, *fiunt fermè à Supinis in Atum, à cæteris verò rarius.*

*Participia vero Præteriti temporis exeunt in* atus & itus.
Applicatus *tamen &* Complicatus, *vſitatiora ſunt quàm* Applicitus *&* complicitus.

# DE SECVNDA CONIVGATIONE.

Sola & cuncta in Eo dant finem verba Secundæ.
Excipies octo Primi ordinis, & duo Quarti.

*Omnia verba Secundæ coniugationis deſinunt in* Eo.
*Et Omnia ſunt Secundæ cōiugationis, præter octo Primæ cōiugationis, ſcilicet.* Beo, ſälig machen/ Creo erſchaffen/ Meo gehen/ flieſſen/ Calceo, ſchuch anlegē/ Enucleo, nüß auffthun/ erklären. Laqueo, *&* Nauſeo, vnwillē deß magens haben. (*Quibus addunt nonnulli* Cuneo, *&* Lineo,) *& duo Quartæ coniugationis, ſcilicet* Eo gehn/ *&* Queo, vermögen/ *cum ſuis cōpoſitis,* Abeo, Redeo, *&c.*

II. *Regulæ generales.*

I. Præteritum dat vi, dat itumq́; Secunda Supinis.
Sint habeo, Moneo, ſit Terreo, Debeo, teſtes.

*Verba Secundæ coniugationis habent* ui *diſſyllabum in Præterito &* itum *in Supino: vt* Habeo, haben/habui, habitum.

*Sic* Moneo, ermahnen/debeo ſchuldig ſeyn/terreo, erſchrecken/*&c.*

II. Quod dat vi Neutrale, caret plerumq; Supino.
Sorbeo cum Timeo, licet Actiua, adijciantur.
Lucanumq́ue ſuo Abſorpſit ſine dicere iure.

*Neutra ferè omnia, quæ Præteritum per* ui *faciunt, Supino carent: vt* Madeo, naß ſeyn/madui. Pateo, offen ſeyn/patui *ſine ſupino: nam* Paſſum *eſt à* pando. *ſic* Albeo, weiß ſeyn/rubeo, roht ſeyn/ſorbeo, langueo, ſchwach ſeyn/ſordeo, wüſt ſeyn/horreo, ſich entſetzē egeo, bedürffen/indigeo, frondeo, grünen/vireo, vigeo, kräfftig ſeyn/*&c.*

*Neutris adduntur duo Actiua,* Timeo, förchten/timeo, *&* Sorbeo, ſchlurffen/ſurpfflen/ſorbui, *cū compoſitis. Nam* Abſorpſi *quod apud Lucanum legitur, libertati poëticæ tribuendum potius, quàm imitandum.*

*Exceptio.*

Dant in Itum Valeo, Noceo, Placeo, Taceoque.
Pareo, cum Doleo, Careo, Latet, atque Licere.
Nec Mereo, merui, meritum, pro, Milito ſpernit.

*Excipiūtur à ſuperiori regula verba Neutri generis plus minus decem, quæ habent* ui *in Præterito, &* itum *in Supino, quòd fieri videtur propter Participia futuri tēporis, quæ à Supino formātur: vt* Valeo, geſundt ſeyn/valui, valitum,

tum, *vnde Participium* valiturus, *ſic* Nociturus, placiturus, taciturus, *&c. Sic apud Statium inuenias* lacituturus, *apud Ouidium* Caliturus, Lateo, verborgen ligen/ latui, latitum, *& hinc* Latito *verbum frequentatiuum.*

*Porrò* Taceo, ſtill ſchweigen/ *&* Lateo *habent* itum *in ſupino, ſed eorum compoſita carent: vt* Conticeo, reticeo, deliteo.

*Contra verò* Arceo, hinweg treiben/ arcui, *ſine ſupino ſed compoſita habent* itum, *vt* Exerceo vben/ exercitū. Coerceo, bezwingen/ coercitum.

Mereo, verdienen / *ſine diphthongo pro milito facit* Merui, meritum.

Mæreo, trawen/ *cum diphthongo. Præteriti caret. nam* Mæſtus, *nomen eſt, vt* Caſſus, fretus, *&c.*

Mereor, verſchulden/ *Deponens habet* merui & meritus ſum.

*Quæ præterea à prima regula excipiuntur, ordine terminationum nunc explicabuntur.*

*Regulæ Speciales.*

Beo, & Ceo.

Dat Iubeo, ſſi, ſſum, Doceo, docui, dato doctum.
Et potius Miſtum, quàm Mixtum Miſceo format.

Iubeo, gebieten/ iuſſi, iuſſum; *cuius nullum extat compoſitum.*

Doceo, lehren/ docui, doctū. Dedoceo, verlehrē/ Edoceo, wol lehren/ perdoceo.

Miſceo, vermiſchen/ miſcui, miſtum *potius quam* mixtum. Admiſceo zu miſchen/ commiſceo, vndereinander miſchen/ immiſceo, permiſceo.

Dant ſi,ſum Mulcet,Mulget,dedit hoc quoque Mulctum.
Dant xi Lucet,Luget;petit hoc quoque Luctum.
Mulceo,ſtreichelen/*&* Mulgeo,melcken/*habent idem Præteritum & Supinum*, mulſi,mulſum. *Habuiſſe verò* Mulgeo *quondam etiam* Mulctum, *indicant verbalia* Mulctra *&* mulctrale. *Huius compoſita ſunt* Emulgeo Immulgeo.

Luceo,ſcheinen/*et* Lugeo,trawren weinen/*habent idem Præteritū* luxi. *Et hinc indicat verbale* Luctus Lugeo *quondam etiam habuiſſe* luctum. *Compoſita ſunt* Elugeo,prolugeo.

## DEO.

Si,ſum depoſcit Ridet,ſic Suadet & Ardet.
Prandeo,Di,ſum dat veluti ſedeo,Videoque.
Audeo vult auſus,Gauiſus Gaudeo donat.

*Tria habent* Si *in Præterito,&* Sum *in Supino.*

Rideo,lachen/riſi,riſum. An. anlachen/Ir verſpotten/De.Sub.wenig lachen.

Suadeo,rathen/ſuaſi, ſuaſum. Diſſ. widerrathen/perſ. vberreden.

Ardeo,brennen.arſi,arſum Ex.In.

*Tria Præterea habent* Di,*in Præterito,&* Sum,*in Supino.* Prandeo,zum imbiß eſſen/prandi, prāſum. Pranſus *nomen eſt, ſicut &* cœnatus. *vide infrà verba Tranſgreßiua* ſedeo,ſitzen.ſedi,ſeſſum. Aſſideo, beyſitzen. De.müſſig ſitzen.Diſ.vneins ſeyn.Inſ.auffſitzen Ob. belägeren.*&c.*

Video,ſehen.vidi,viſum.Inuideo,neidig ſeyn, Præ. verſehen/Prouideo.

Audeo, darffen, *verò habent* auſus ſum; Gaudeo, ſich erfrewen. gauiſus ſum: *Neutro paßiua.*

Di, Sum, Præterito geminato Mordeo donat.
Vt pendet, Tondet. Spondet: Dic ergo ſpopondi.
Strideo dat ſtridi, nihil vltra; Nideo nil dat.

*Quatuor habent* Di ſum, *principio Præteriti geminato*,
Mordeo, beiſſen. momordi, morſum. præmordeo, zuuor beiſſen. præmordi præmorſum.
Pendeo, hangen pependi, penſum Dep herab hangen/Imp einhangen. prop. füraußhangen.
Tondeo, ſcherē, totondi, tonſum. Attondeo. Det.
Spondeo, verheiſſen ſpopōdi, ſpōſum. Deſp. Reſp.

Strideo kirren/ſtridi, *ſine ſupino:* Nideo, ſcheinen/ *caret vtroque.*

GEO.

Vrgeo, ſi, tantum, cum Fulget. Turget & Alget.
Augeo Præteritum facit auxi auctumq; Supinum.
Torgeo, ſi, ſum vult: ſi Tumq; indulgeo format.
Frigeo dat frixi: Ne fruſtra quære ſupinum.

*Quatuor habent in præterito* Si, *abſque Supino.*
Vrgeo, dringen. vrſi.
Fulgeo, ſcheinē/glantzen / Affulgeo, herzu ſcheinen. effulgeo, herfür ſcheinen refulgeo.
Turgeo, auffgeblaſen ſeyn. turſi. Deturg. obturgeo.
Algeo, kalt ſeyn/alſi.
Augeo, mehren. auxi, auctum, adaugeo.
Tergeo, wüſchē, ſi, ſum. Abſtergeo, abwüſchē, detergeo, extergeo, außwüſchē. *ſed ſæpius* Tergeo, is, *dicitur.*
Indulgeo, nach laſſen/indulſi, indultum.
Frigeo, kalt ſeyn. frixi, *ſine Supino.* Refrigeo, *vel* refrigeſco, refrixi.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0149-2

### IEO.

Da Cieo, ciui, atque citum; Cio. protrahe citum.
Hinc Excitus habes; illinc fluet Excitus aptè.
Eui, Etum, Queo, & Vieo ſi reſpicis vſum.

Cieo, bewegen/ciui, citum *penultima Supini breui. vnde* Concito, erwecken / excito, incito, *&* excitus. *penultima breui.*

Cio, berůffen/cis cire, ciui, citum. *penultima longa. hinc* Accio, cō. ex. *& Participiū* Excitus, *penult. longa.*

Vieo, *&* Quieo, *vnde* Quieſco, ruhen/*habent* Eui, Etum, *penultima longa.*

### LEO.

Eui, Etum, poſcunt Fleo, Deleo, & à Pleo nata.
Dat Soleo, ſolitus: Solui Salluſtius effert.
Nunc Oleo, dat vi, dat itum; ſic Pignora patris.
Quæ ſeruant ſenſum: Eui, Etum, fert cætera proles
Aſt Aboleuit itum dat: fert Adoleuit adultum.

Eui, etum, *habent* Fleo, weinen/ fleui, fletum. *hinc* Defleo, beweinen.

Deleo, außthun/deleui, deletum.

Pleo, *inuſitatum eſt, hinc* Compleo erfüllen / expleo, impleo, oppleo, allenthalben voll machen/repleo ſuppleo, erfüllen waß begangen iſt.

Soleo, gewohn ſeyn/ſolitus ſum, ſolitum; *Salluſtius etiam* Solui, *quod & Varroni probatur. Sed alterum eſt vſitatius, & familiare Ciceroni.*

Oleo, *cùm ſignificat odorem emitto, habet* Olui *in Præterito, à quo Supinum videtur fuiſſe* Olitum.

*Compoſita quæ ad odorem ſpectant, videntur retinere præteritum ſimplicis,* Adoleo zum opffer verbrennē/ui itum,

itum, *cùm de ſacrificijs dicitur, auctore Diomede*. Oboleo ſtincken obolui, obolitum.

Perdoleo, ui.
Redoleo, ſtarck ſchmecken/ui. } *Supina non legi.*
Suboleo ein wenig ſchmecken/ui.

Oleo *verò vel* Oleſco, *cùm ab odoris ſignificatione recedit, videtur olim* Oletum *habuiſſe: cuius compoſita pleraque vſitatius in* Sco *videntur deſinere, & Præteritum ac Supinum variant.*

Aboleo, außtilgen/*vel* aboleſco, eui etum.
Adoleo wachſen/gemehret werdē/*vel* adoleſco, eui, ultum.
Exoleo veralten/*vel* obſoleſco, eui etum.
Obſoleo *vel* obſoleſco eui etum.
Inoleo einwachſen/*vel* inoleſco, eui. *ſic* Suboleſco, ſuboleui, *ſine ſupino.*
Cooleo *vel* cooleſco ui itum.

NEO.

Dat Maneo, ſi ſum; Minui ſed quatuor Orta.
Promineo, Emineo; ſic Præmineo Immineoque.
Vult Teneo ſolùm tenui: ſed Pignora tentum.
At verbū muliebre Neo, petit Euit & Etum.

Maneo bleiben/manſi, manſum *ſic compoſita quæ retinent* A: *vt* Emaneo außbleiben/permaneo verharren/remaneo da hinden bleiben.

*Quæ mutant* A *in* I, *habent* ui, *ſine Supino: vt* Emineo vbertreffen/eminui *ſine ſupino*: *ſic* præmineo, promineo herfür gehn/Immineo zudringen/*&* ſupereminco.

Teneo halten/tenui *ſine Supino. Compoſita habent* Tentum

Tentum, *vt* Contineo, veralten detineo, auffhalten obtineo erhalten retineo, hinder ſich halten.

Abſtineo, abhalten. *nullum dicunt retinere ſupinum.*

Neo, nehen. ſpinnen. *cum ſignificatio mulieribus magis congruit,* neui, netum, *facit.*

Queo, Reo, Seo.

Torqueo, ſi tum, dat. Liqueo, licui, abſq; ſupino.
Hæreo, dat ſi, ſum; ſed vi dat Torreo, toſtum.
Cenſeo cum natis dat vi, cenſumque ſupino.

Torqueo, vmbdrahen. ſchieſſen. peynigen. torſi, tortum. Contorqueo, zuſamen winden. de. diſt. von einander biegen/ext außwinden.

Liqueo, ſchmeltzen. licui, & *vſitatius* delicui, à deliqueo.

Hæreo, kläben. hangen. hæſi, hæſum. Adhæreo, ankläben. cohæreo, inhæreo.

Torreo, braten. döꝛen. torrui, toſtum.

Cenſeo, ſchetzen. cenſui, cenſum. *ſic* Succenſeo, zörnen. recenſeo, erzehlen. Recenſitum *verò penultima longa eſt ab antiquo verbo* Recenſire.

Veo.

Ex Veo fit vi, Tum, Caui cautumque probabit.
Sic Faui fautum: Veo Neutra carento Supinis.
Conniuiet vi, xique petit, nullumque Supinum.
Sueſco dat Eui, Etum; de Ferueo, ferbuit exiſtat.

*Verba in* Veo *habent* vi *in Præterito &* tum *in Supino: vt* Moueo, bewegen. moui, motum. Foueo, warm haltē. foui, fotum. Voueo, gelobē, ein gelübt thun. voui, votum.

*Sed* Caueo, hüten meiden. caui, cautū. Faueo, günſtig ſeyn. faui, fautum.

*Neu-*

*Neutra in* Veo,*carent Supino.*

*Vt* Feruet, Languet, Flauet, Liuetque, Pauetque.

Conniueo,conniui,*vel* connixi,*ſine ſupino.*

Sueo,*verbum inuſitatum.* H*inc* Sueſco, ſueui,ſuetũ. Aſſueſco,couſueſco,deſueſco.

Ferueo,ferbui.*mutuatur Præteritum à verbo antiquo* Ferbeo,Ferbui *non eſt in vſu: ſed hinc* Efferueo, efferbui,*ſic* Deferueo,Conferueo.

Aueo *verbum Defectiuum, caret Præterito & ſupino.*

ANNOTATIONES.

Strido,Vido,Fulgo.Feruoque,Cauoque notãda.
Flexerat hæc quondã Ternus,nunc ordo Secũdus

*Obſeruabit etiam puer verba quædam olim fuiſſe Tertiæ coniugationis,quæ nunc ſunt Secundæ,è quibus adhuc non nulla tempora in vſu remanſerunt: vt* Stridere, *&* Stridêre. Fulgere, *&* Fulgêre. Feruere, *&* Feruêre, *&c.*

*Virgilius,* Quas fulgere cernis in armis.

*Idem,* Feruere Leucaten,auroque effulgere fluctus.

*Sic* Feruo,is,*ſæpius legitur apud Terentium,Propertium, & alios nonnullos,quos puer non imitabitur.*

*Sic legimus interdum Imperatiuo* Caue,*&* Vide,*vltima breui, per Tertiam Coniugationem*

*Ouidius,* Tu caue defendas, *&c.*

*Horatius,* Vade,vide,caue ne titubes.

*Sic idem verbum alibi ſæpius.*

*Porrò de* Strido,*&* Vido,*ne prolixitate nimia faſtidio ſimus, exempla quærantur apud Grammaticos.*

# DE TERTIA CONIVGATIONE.

Tertia præteritum variè facit atque ſupinum.
Carmine ceu facili,rectiſſimo & ordine pandam.

*Tertia verborum coniugatio non habet aliquam certam*

*præteriti & Supini formam, ideoq; per ſingulas terminationes eſt explicanda.*

*Finita in O purum.*

*In O purum deſinunt quæ habent Vocalem ante O in quibus proinde O purè pronunciatur, & facit per ſe ſyllabam:* Facio, ſtatuo.

Io.

Quæ Specio & Latio gignunt, dant Exit & Ectum.
Elicio ſed vi petit, Elicitumque Supino.

*Compoſita ab invſitatis verbis* ſpecio, *&* Lacio, *mutãt vocalem ſimplicis in I, & habent* Exi, Ectum.

*A* ſpecio: *vt* Adſpicio, anſehen/ adſpexi, adſpectũ. Conſpicio deſpicio herab ſehen/ dis. fleiſſig beſehen/ in beſichtigen/ per. durchſehen/ bekeñen/ pro. fürſehẽ re hinderſich ſehen/ ſuſ. obſich ſehen / verwunderen.

*A* Lacio: *vt* Allicio anreitzen / allexi, allectum, *ſic* Ill. pell.

*Sed* Elicio herfür reitzen/ *habet* elicui elicitum.

Eci, Actum, Facio & Iacio; ſobolesq; ferè Ectum.
Dat Capio cæpi captum: ceptumque propago.
Sic Rapio, rapui raptum: Proli dato reptum.

Facio *&* Iacio, *habent* Eci, actum : *vt* Facio feci, factum. Iacio, ieci iactum.

*Vtriuſq; cõpoſita mutant A in I, & habent* Eci, ectum

*A* Facio machẽ/ *vt* afficio, an thun / affeci affectũ. Con. vollenden/ de. abnemẽ/ ef. verſchaffen/ in. beflecken/ of. zu wider ſeyn/ per. außmachen/ præ. fürſetzẽ/ pro. zunemen/ ſuf. gnugſam ſeyn. *quæ cum Præpoſitione componuntur.*

*Quæ verò componuntur cum Verbis aut Aduerbijs, retinent*

*nent* A. *& habeat* Actum,nō.Ectum *in Supino: vt* Calefacio, warm machen/calefeci calefactum, Stupefacio, erſtūmet machen/madefacio,naß machen/labefacio,ſchwechē,benefacio,gutthū / malefacio, vbelthun/ſatisfacio; genugthun.

A Iacio,werffen / Abijcio, hinwerffen/abieci, abiectum. Adijcio,zuwerffen / con.de.e.in.ob pro. *&c.*

Capio,nehmen/cepi,captum. *Compoſita habent.* Ceptum. Accipio,empfahen/accepi,acceptum.Cō. de,ex.in.per.præ.re.ſuſ.*&c.*

Rapio.greiffen/rapui.raptum. *Compoſita* Reptū. Arripio,angreiffen/arripui,arreptum. Ab.cor.de. di e.ſur.præ.*&c.*

Dic pario,peperi,paritum partùm ve Supino.
Vt Fodio,fodi, foſſum,ſic Pignora profer.
Vult Fugio, fugi, fugitum; quod Nata ſequuntur.

Pario,geberen/peperi,partum,vel paritum, *Ab illo eſt Participium* Pariturus: *ab hoc nomen* Partus.

*Compoſita ſunt Quartæ coniugationis, & mutant* A *in* E *vt* Aperio,auffthun/ui,ertum,*ſic* Operio, verbergē/ Comperio,erfaren/ri,ertum,*ſic* Reperio,erfinden/ Fodio.graben/ fodi,foſſum. Confodio, erſtechen/ de.eff.in.per.

Fugio, fliehen/ fugi,fugitum. Aufugio,hinweg fliehen/con.eſſ.pro.per.

IVLITVM Cupio,Sapio,ſapui; Nihil vltrà.
Dant CVSSI,CVSSVM,CVTIO finita Parente.
Vteris quaſsi,quaſſum,ſi legeris vſquam.

Cupio.begeren/cupiui,cupitum,*penultima longa.* Concupiſco.

Sapio ſchmecken/witzig ſehn/ ſapui, *ſine ſupino; olim fuit Quartæ coniugationis.*

*Compoſita mutant* A *in* I *breue.* vt Deſipio, thorechtig handelen/deſipui. *Sic* Reſipio, wider zu verſtandt kommen/reſipui. *hinc* Reſipiſco.

*Cōpoſita ab inuſitato verbo* Quatio, erſchüttē/quaſſi, quaſſum, *mutant* A *in* V, *& habent* Cuſſi, cuſſum: *vt* Decutio, herab ſchlahen/ decuſſi, decuſſum, *ſic* Diſcutio, excutio incutio percutio.

Vo

Ritè vo poſcit vt primum; dein fertur in vtum.
Sed Struo dat ſtruxi, ſtructum. Fluxi fluo fluxum
A ruo fit ruitum ſed vtum breue Pignora donant.
Dat Pluo ſæpè plui vix Pluui: Nataque Plutum.

*Verba in* uo, *habent* ui utum *penultima Supini longa: vt* Statuo, verordnen/ſtatui ſtatutum. Conſtituo, deſt. in. reſt. *&c.*

Arguo ſtraffen/ſchelten/argui argutum. *hinc* Auguturus. *&* arguiturus. Coarguo, redarguo.

Acuo, ſcherffen/exacuo. Exuo, außthun/induo, anthun/Imbuo, delibuo.

Minuo/minderen/cōminuo, in ſtücken zerbrechē/ diminuo. Suo, bützen/conſuo, zuſamen flicken/diſſuo zertrennen.

Spuo, ſprutzen/inſpuo, conſpuo reſpuo.

*A* Lauo *compoſita*: vt Abluo diluo eluo *&c.*

*Excipiuntur*, Stuo ordentlich ſetzen/ſtruxi, ſtructū. Abſtruo cō. de, ext in: Fluo, flieſſen/fluxi fluxum. Affluo confluo defluo effluo in per.

Ruo zu hauffen fallen, rui, ruitum, *ſed compoſita habent*

*habent* futum *penultima breui*: vt Eruo erui erutũ. *ſic*.Corruo di.ir.ob.&c.

Pluo, regnen/plui *ferè habet in libris caſtigatis, Supino caret. Olim tamẽ etiam* pluui *habuiſſe videtur, & vſurpatur ferè in tertia perſona. Compoſita habent in Supino.* Plutum: vt Compluo, im. per.

Nulla Supina creant. Metuo Pluo Reſpuo & orta.
A Nuo iunge Gruo, velut Annuo, Congruo teſtes.
Dic Luo habere lui; Luitum vix approbat vſus.

*Supinis carent* Metuo Pluo Reſpuo.

*Et Compoſita à* Nuo, & Gruo, *verbo inuſitato.* Nuo: vt Annuo verwilligen/Innuo, wincken/Renuo, abſchlagen/Abnuo.

*A* Gruo vt Congruo einhellig ſeyn/ & ingruo mit vngeſtümigkeit anfallen.

Luitum *Supinum vix eſt in vſu*, Luiturus *tamen eſt apud Claudianum.*

*Finita in O impurum.*

*In O impurum exeunt, quæ habent Conſonantem ante* O *in quibus* O *proinde impurè pronunciatur, cùm per ſe nõ faciat ſyllabam: vt* Bibo dico Ludo Soluo *&c.*

Bo.

Bo bi deinde bitum: Scabo Lambo carento Supinis.
Psi, ptum dant Scribo Nuboque: ſed hoc quoque ptus ſum.

*In* Bo *habent* bi *in Præterito, & in Supino* bitum. Bibo, trincken/bibi bibitũ. *Ad.e.præ.im.penultima breui, etiam in Præteritus,* Glubo, ſchinden/glubi glubitum. Deglubo.

Scabo, kratzen/ſcabi; Lambo, lecken/lambi; *carent Supinis.*

Scribo, ſchreiben/ſcripſi, ſcriptum. Ad con. de. ex. in. per *&c.*

Nubo, ein man nemen/*id eſt, trador viro,* nupſi, vel nuptus, *aut potius* nupta ſum.

Co.

Ico dat Ici, Ictum: Vici victum dato Vinco.
Xi, CTVM dant Dico, Duco: ſed Parco peperci.
Parcitum amat: num parſi, parſum, rarius edit.
Compoſito Comparco tamen, SI, SVM, dato ſolum.

Ico, ici, ictum *habet, à quo verbale.* Ictus.

Vinco, vberwinden/vici, victum. Con. de. e. per.

Dico, ſagen/dixi, dictũ. Ab. ad con. e. in. præ. *&c.*

Duco, füren/duxi, ductũ. Ad. con. de. di. ſub *&c.*

Parco, verſchonen/peperci, parcitum, *vel* ſi, ſum.

Comparco, ſi, ſum, *ſolum.*

Sco, VI, TVMq; dabit, ceu Noſco, Quieſco, Sueſco.
Agnoſco per ITVM, dant Cognoſcoq; Supinum.
Paſco dabis paui, paſtum; Gliſco nihil autem.

*In Sco habent* vi, tum: *vt* Creſco, creui, cretum. Ad. con. de. ex. ſuc.

Quieſco ruhen, quieui, quietum. Ac con.

Sueſco, gewohnen/ſueui, ſuetum Aſſ. con. de.

Noſco, erkennen/noui, notum. Dignoſco, Ignoſco, verzeihen/Pernoſco.

*Sed* Agnoſco, agnoui, agnitũ. Cognoſco, cognoui, cognitum. Paſco, weiden/paui, paſtum. Compaſco, depaſco.

Gliſco, Hiſco, Fatiſco, *carent vtroq; vide reg. 4. generalem.*

Vt Diſco didici tantùm; Sic Poſco popoſci.
Compeſco dat vi; ſic Diſpeſco abſque Supino.
Præterito Inceptiua carent, niſi dent aliunde.

Diſco lernen/didici: Poſco, begerẽ etwas billichs/ popoſci, *principio geminato & abſq; Supino. Quod ſequuntur compoſita.* Addiſco addidici. Dediſco, e per. Depoſco, depopoſci. Expoſco, Repoſco.

*Sic* Compeſco, cui. Dipeſco, cui. *Supinis ferè caren.*

*Verba Inceptiua ſeu inchoatiuæ formæ, quæ formantur à Nominibus, carent Præterito & Supino, vt* Diteſco, miteſco herbeſco.

*Quæ à Verbis deriuantur, vel carent Præteritis, vel mutuantur ea à ſuis Primitiuis: vt* Incaleſco, warm werden incalui; à Caleo, Refrigeſco, wider kalt werden/refrixi; à Frigeo.

*Hæc duo.* Conquexi, Pollinxi, *linque vetuſtis.*

Conquiniſco *verbum antiquum & exoletũ, habet* Conquexi, *ſine Supino* Pollinco, pollinxi, pollinctum, *Verbum Plauto vſurpatum.*

Do.

Do recipit DI, SVM veluti Cudo, ac Edo ſimplex.
Hinc verbũ Comedo SVM, quã STVM rectiꝰ optat.
Scindo, ſcidi, ſciſſum, dat Findo, fidi quoq; fiſſum.
Pando ferè paſſum; Fundo, fudi quoque fuſum.
Tundo facit tutudi, tunſum. Compoſtaq; tuſum.

*Verba in* Do *habent* Di *in Præterito, &* Sum *in Supino: vt* Cudo, ſchmiden/cudi, cuſum, *ſimplici S. nõ* cuſi, *nec* cuſsi, cuſſum. *Hinc* Excudo, procudo, recudo.

Edo, eſſen/edi eſum, *non* eſtum. Comedo, comedi, comeſum, *vix* comeſtum. *Hinc* Adedo, ambedo, peredo,

peredo *penult. breui. Et Supina* Adeſum ambeſum, perеſum. Mando keuwen/di. ſum. *Præ. Re.* Scando. ſteigen/di, ſum. *Aſcendo*, hinauff ſteigen/ con. deſ. Prehendo, *& contractè* Prendo greiffen/prehendi, Prehenſum. *Ap.* com. de. re. Offendo, anſtoſſen/ defendo beſchirmen/ accendo anzündẽ/ incendo, ſuccendo. Scindo ſchneyden/ſcidi ſciſſum. Cõſcindo, conſcidi *penult. breui.* Dif. exſ Findo. ſpalten/ fidi. fiſſum. Diſſindo, diffidi: *penult. quoque breui.* Pando, eröffnen/ auffthun/pandi, paſſum, & *aliquando* panſum, *vt apud Plinium.* Expanſa retia.

Fudo, gieſſen/ fudi fuſum. Conf. di. ef in. per. pro. ſuf.

Tundo ſtoſſen/tutudi tunſum. *Compoſita* tuſum. Contundo, contudi *penult. breui*, contuſum. Extundo obtundo retundo.

*A* Cado fit cecidi, caſum: dant tale Supinum.
Occido & incido cum Recędo; ſed plura negabis
Cædo cecidit & hinc cæſum: Compoſtaq́; ciſum.
Occido occidi deinde occiſum cape teſtem.
Dic ſine diphthongo. Cedo ceſsi inteque ceſſum.
E retinet proles veluti Diſcedo Recedo.

Cado, fallen/cecidi, *penult. breui*, caſum. *Compoſita I litteram corripiunt.* Occido, vndergehen/occidi, occaſum *hinc* Solis occaſus. *Participiũ* Occaſurꝰ. *Cicero* Recędo, widerumb fallen/recędi, recaſum. *hinc* Recaſurus *Participium apud Ciceronem.*

Incido einfallen / incidi incaſum. *vnde* Incaſurus *apud Plinium.*

*Reliqua Supino carent* Accido, zufallen / con. de. ex. in.

Cædo

Cædo, ſchlahen/abhawen/*cum diphthongo*, cæcidi, *penultima longa*, cæſum *id eſt, percutio, amputo.*
*Compoſita I. litteram producunt.* Occido, tödten occidi, occiſum. Accido, con. de. ex. in præ. re circumcido *penultima longa.*

Cedo weichen/*ſine diphthongo*, ceſsi ceſſum *id eſt, abeo, & locum do.*

*Huius compoſita litterã* E *retinent* Abſcedo, ac con. de. diſ. ex. in pro. ſe. ſuc. *Eſt &* Cedo *defectiuum, de quo infrà cap.* 6.

Tendo, tetendit, & hinc tenſum, tentumq; recepit.
Ex. In. & Oſtendo retinent vtrumque Supinum.
Cætera tum malunt; penſum fert Pendo, pependi.
Fido tenet fiſus ſum, fiſum pedo pepedi.
Pedo Rudo Sido ſunt orba ſupinis.

Tendo, ſpannen/tetendi, tenſum, & tentum, *ſic* Extendo, außſtrecken/Intendo, auffſpannen/*&* Oſtendo erzeigen / *Sed* Oſtenſum, *vſitatius videtur, quàm* Oſtentum. *Cætera compoſita videntur, frequentius habere* tum, *quàm* ſum, *quod probant eorum Participia,* Contentus extentus intentus diſtentus prætentus protentus.

Pendo, wagen/pependi penſum. Appendo, appendi appenſum. Expendo perpendo betrachten/ Fido vertrawen / fiſus ſum fiſum. Cõfido diffido. Pedo pepedi Rudo rudi. Strido ſtridi. *Supinis caret.*

Sido *caret vtroque, ſed compoſita Præteritum* Sedi *mutuantur, à* Sedeo: *vt* Conſido. *penultima longa*, conſedi *ſi.* Deſido ſubſido.

Dant ſi ſumq; nouẽ: Claudo cum Rodere, Trudo.

Diuido, cum Plaudo, Lædo, cum Radere, Ludo.
Et ſine Diphthongo Cedo, ceſsi, indeque ceſſum.
Vado nihil format; Vaſi, vaſum dato proli.

*Nouem habent* ſi, ſum.

Claudo, ſchlieſſen/clauſi, clauſum. Cō.ex.in,oc.re.
Rodo, nagen/roſi, roſum. Arrodo cor.e.
Trudo, ſtoſſen/truſi, truſum. De.ex.in.ob.pro.
Diuido, theylen/diuiſi, diuiſum, *nulla habet compoſita*
Plaudo, frolocken/plauſi, plauſum. Applaudo.
*Item* Complodo, explodo.
Lædo, letzen/ſchedigen/læſi, læſum. Allido, alliſi, alliſum. Col.il.
Rado, ſchaben/raſi, raſum, Ab.cor.e.
Ludo, ſpielen/luſi, luſum. All.col.de.e.il.
Cedo, ceſsi, ceſſum, *dictum eſt*,

Go, GVO.

Go, XI, TVMq; petit, ceu Cingere, Tingere, Lingo.
N tollunt Fingo, cum Pingo, & Stringo. Supinis.
Tango parit tetigi, tactū; Frango, EGIT, & ACTVM.
Nata ſed iſtorum rectè mutantur in INGO.

*In,* Go, *vel* Guo, *habent* xi *in Præterito, &* ctū *in Supino; vt* Rego, herrſchē/rexi, rectū. Arrigo, cor.di por.
Pergo, fortfahren/perrexi, perrectum.
Surgo, auffſtehē/ſurrexi, ſurrectū. Aſſurgo ex ſ.inſ.
Tego, bedeckē/texi, tectū. Detego, retego, *pen. breui.*
Affligo, peinigen/afflixi, afflictū. Cōfligo, infligo.
Plango, leyd ſchreyen/planxi, planctum. Deplango
Vngo, ſalben/vnxi, vnctum. Inungo, perungo.
Iungo, zuſamen fügen/ iunxi, iunctum. Adiungo, coniungo, d.ſiungo.

Tingo, eintuncken/tinxi, tinctum. Intingo.
Cingo, vmbgürten/cinxi, cinctum Accingo, diſc.
Lingo, lecken/ linxi, linctum.

*Compoſita ab inuſitato verbo* Stingo: *vt* Exſtinguo, läſchen/exſtinxi, exſtinctum Diſt. Reſt. Præſt.

*Obſeruentur hic tria quæ* N. *litteram in Supino abijciunt.*

Fingo, erdichten/finxi, fictum. Aff. con. eff. re.
Pingo, mahlen/pinxi, pictum *ſic* App. Dep.
Stringo, zuſamen trücken/ſtrinxi, ſtrictum Adſt. con. diſt. obſt. per re.

Ringo das maul zerſperren/*inuſitatū eſt*. Ringor, *Deponens vtroque caret, à quo tamen eſt nomen* Rictus.

Tango, anrüren/tetigi, tactum. Frango, brechen/ fregi, fractum.

*Vtriuſque compoſita mutato* A *in* I, *deſinunt in* Ingo: Attingo, attigi attactum. Con ob per.
Confringo, confregi, confractum. De. eff. in per.
A Pago fit pepigi pactum, ſignatq́ue Paciſcor.
Pangere dat panxi, & pegi, pactumq́ue Supino.
Nata magis, pegi, pactum: dat Ago, egit & actum.
Sic Adigo, Redigo, Subigo, ſic exigo, Cogo.
Pago, pepigi, pactum, *id eſt, paciſcor, verbum vetus eſt.*
Pango, panxi, *& apud priſcos*, pegi, pactum, *id eſt*, *Figo, iungo, planto.*

*Compoſita ſunt duplicia. Quædam retinēt* A: *vt* Depango, oppango, circumpango, repango.

*Alia mutant* A *in* I, *vt* Compingo, zuſamen thun/ im. ſub. *& Compoſita omnia habent* Pegi. pactum.
Ago, thun/egi, actum, *ſic* Perago, außmachen/circumago,

cum ago. *Item* Cogo, zwingen/ *pro* coago, *per cōtractionem* Dego, volführen/leben/degi, *ſine Supino.*

*Reliqua ab* Ago, *compoſita mutāt A* in I *breue: vt* Abigo, hinweg treiben/abegi, abactum. *Ad.* ex. re. ſub.

Vt Lego dat legi, lectum; ſic *P*ignora fermè.
Sed tria dant Intelligo, Diligo, Negligo, xi ctum.
Dant xi xum Frigo Frigoq́; leges quoq́; frictum.
*S*i ſum ſed capiunt *S*pargo cum Mergere, Tergo.

Lego leſen/legi lectum. *Sic P*erlego durchleſen/prælego relego. *Item* Deligo erwölen/ delegi, delectum. Eligo, colligo, samlen/recolligo.

*Sed tria dant* xi ctum: intelligo, verſtehen/intellexi intellectum. *Sic* Diligo, liebē/dilexi, dilectum, Negligo verachten/neglexi neglectum.

Figo hefften/fixi fixum. *Aff.* de. in. crucifigo, am creutz hefften.

Frigo braten/frixi, frixum, *& aliquando* frictum. Def conf.

*S*pargo ſpreyten/ſparſi ſparſum. *A*ſpergo, beſprengen/con. in.

Mergo eintücken/merſi, merſū. Emergo, Immergo Tergo, trücknen/*& aliquando* Tergo, es terſi terſum

*P*ungo capit pupugi punctum *P*roli dato punxi.
*P*ræteritum rarò legitur formare Repungo.
Nulla *S*upina tenēt Clāgo, *A*ngo, Ningere, Dego.
*P*rodigo: ſed careant Vergo Satago ambigo, vtroq;

*P*ungo ſtechen/pupugi, punctum. *Compoſita habēt* punxi punctū: vt Cōpungo, Diſpungo Expungo,

Repungo, *pro iterum ſeu vicißim pungo, dicunt habere* repupugi, repunctum. *Cùm verò de ratione vel Kalendario*

*dario loquimur*, Repunxi repũctum. *Sed vtrumq; rarò apud veteres inuenies.*

*Supinis carent.* Clango, trommeten/ clanxi: Ango, ängſtigen/anxi; Ningo ſchneyẽ/ *vel* Ninguo, ninxi; Dego, degi; Prodigo, prodegi; *cui addunt* Satago, ſategi; *ſed deeſt Præteriti teſtimentum, quamobrem diximus hæc tria*, Vergo, Satago & Ambigo *carere vtroque.*

Do, & Io.

Dant xi ctum Trahit atq; Vehit; quod & Orta ſequuntur.

Meio facit minxi mictum: caue dicere Mingo

Traho ziehen/traxi tractum. Attraho, con. dediſt. ex. der pro. re.

Veho, vexi vectum. Aueho con. e in. pro re.

Meio minxi mictum. *ab inuſitato verbo* Mingo. *Sic* Commeio, Immeio, Permeio.

Lo

Lo dat vi: Colo, & Occulo Conſulo, dantur in vltum.

Donat itum Molo, ſic & Alo niſi contrahat altum.

Compoſitum à Cello dat vi ſed inane Supino.

Talia ſunt Excello Præcello Antequecello.

Perculi amat Percello tamen; culſumq; Supino.

*Verba in* Lo, *habent* Lui, *in Præterito.*

Colo ehren/colui cultum. *Sic* Accolo, ex. in. *penultima breui.*

Occulo occului occultum. Conſulo, raht fragen/ oder geben/conſului conſultum.

Molo mahlen / molui, molitum. *Sic* Alo, ernehren/ alui, alitum, *vel* altum.

Sic

*Sic* Altus *Participium per ſæpè,* Altus *verò rariús repetitur.*

*Compoſita ab inuſitato verbo* Cello *faciunt* ui *ſine Supino. Talia ſunt hæc tria.* Excello. vbertreffen / Præ & Ante. Celſus Excelſus præcelſus *potiùs nomina ſunt quàm Participia.*

Percello *verò habet* perculi, perculſum.

Vello cupit velli, vulſum; Vulſi inquito Vates.
Dat pello, pepuli, pulſum. Falloque feſelli.
Et falſum, ſolum dic inde Refello, refelli.

Vello, rupffen / velli, vulſum. *ſic* Auello, auelli, auulſum. Con. e. ve. *Nam* Vulſit, auulſit, reuulſit. *Poetarum ſunt, nata poſt tempora Ciceronis.*

Pello, vertreiben / pepuli, pulſum *ſic* Appello, appuli, appulſum.

Compello, depello, impello, expello repello.
Fallo, betriegē / feſelli, falsū. Refello, refelli. *ſine Supi*
Tollo ſuſtuli habet nunc, ſublatumque Supino.
Sallo facit ſalli, ſalſum; dat Pſallere, pſalli.
Dic Pſallo, Malo, Volo, Nolo, carere Supinis.

Tollo auffheben / *nunc mutuatur Præteritum à ſuo compoſito* Suſtollo, ſuſtuli, ſublatum, *olim* Tuli *habuit.* Atollo, extollo.

Sallo, ſalli, ſalſum, *pro* Salio, ſaliui, ſalitum.
Pſallo, ſingen / pſalli *habet, ſine ſupino.*

*Sic* Malo, lieber wöllen / malui. Volo, wöllen / volui. Nolo, nicht wöllen / nolui, *Supinis carent.*

Mo.

Mo p vi dat itum: Tremo ponitur abſq; Supino.
Format Emo, mi, ptum, Redimoque redemit, & Dat

EMPTVM.

Dat Premo Præterito preſsi; preſſumq́ue Supino.
Sed psi, ptum, Demo. Promo, cum Sumere, Como.

*Verba in* Mo, *habent* ui, itum.

Vomo, kotzē/vomui, vomitum. Con. e. re. *pen. breui.*
Gemo, ſeufftzen/gemui gemitum. Ingemo.
Fremo, ein getöß machen/ergrimmen/fremui fremitum. Infremo. *ſic* Tremo, zittern/ui, *abſq;* *Supino.*
Emo, kauffen/emi, emtum. *A*dimo, dirimo, eximo, redimo, coemo.
Premo, druckē/preſsi, preſſum. *A*pprimo, com. de. ex, in. op. rei.

*Quatuor habent* psi, ptum: Demo, demſi, demtum.
Promo, herfüer thun/promſi. promtum. Expromo, depromo.
Sumo, nemen/ſumſi, ſumtum. *A*b. ad. vel, aſſ. con. in
Como, zieren/comſi, comtum.

*Sed hic Lector aduerte, quod Terētius, Scaurus, & Victorinus in ſuperioribus Præteritis & Supinis, & in ſimilibus*, P *litteram reijciunt, hoc modo,* Emo, emi, emtum. Promo, promſi promptum *ſic cætera*, Demſi, ſumſi, cōſi, temſi, temtum, *&c.*

No.

Pono facit poſui, poſitum; dat Gigno, vi, itumq́;
*A* Cano fit cecini, cantum; *ſ*ata dant vi, & entum.
Flecte Lino, leui, atque litum; interdū quoq; liui.
Sterno petit ſtraui ſtratum; Sino, ſiuit, itumq́ue.

Pono, ſetzen/legen/poſui, poſitum. *A*p. com. de. ex im. op. re.
Gigno, gebärē/genui, genitū. *ab antiquo verbo* Geno.
Cano, ſingen/cecini, cantū. *Compoſita habēt* ui, entū:
vt Acci-

*vt* Accino, accinui accentum. Con. oc. ſuc. re.

Lino ſalben beſtreichen / liui litum, *pen. breui.* Allino aliui allitum. Ill. obl. rel. *veteres etiam* Liui *dixerunt, & interdum* Lini.

Sterno nider werffen ſtraui ſtratū. Con. in. pro ſub.

Sino, laſſen ſiui, ſitum *ſic* Deſino, auffhören deſiui *& ſæpius* deſij *per ſyncopen* deſitum *penult breui.*

Spernere dat ſpreui, ſpretum: dat Cernere creui.
Hæredi proprium: da Natis euit, & ertum.
Cerno ſignificans Video faſtidit vtrumque.
Temno facit pſi ptum vox vſurpata Poetis.

ſperno verachten / ſpreui ſpretum.

Cerno *pro Hæreditatem adire vel pro ſtatuere,* creui, cretum. *Sed* Cerno ſehn *pro Videre, caret Præterito & Supino.*

*Compoſita habent* Eui etum. De. diſ. ex. ſe.

Temno temſi temtum; *quæ in ſimplici non facilè reperias, ſed* Contemno verachten comtemſi contemtum.

PO QVO.

Po pſi ptumq; facit: Rupi ruptum dato Rumpo.
Dat Strepo Præterito ſtrepui ſtrepitumq; Supino.
Linquo petit liqui cupiunt quoque Pignora lictum.
ſic Coquo dat coxi dat coctum deinde ſupino.

*Verba in Po, faciunt* pſi ptum: *vt.*

Carpo ergreiffen carpſi carptū. Decerpo abbrechen diſ. con. ex.

Repo kriechen / repſi reptum. *Ad. vel* ar. ir. ſub. *penult. longa.*

ſerpo,

ſerpo ſchleichen ſerpſi ſerptum, adſ. pro.
ſcalpo kratzen ſcalpſi ſcalptum. *ſic* ſculpo ſchnitzlen ſculpſi ſculptum. *Hinc* ſculptor ſculptura, ſculptilis *Item* Exculpo Inculpo.

Rumpo brechen rupi ruptum. *Ab.* e. ir. di. pro.

ſtrepo, rauſchen ſtrepui ſtrepitum. Ob. per. in. *penultima breui.*

Linquo, laſſen liqui *ſine ſupino Compoſita habent* lictum Delinquo, ſündigen deliqui delictum. Derelinquo verlaſſen relinquo.

Coquo kochen coxi, coctum. Con. de. per. re. *penultima breui.*

Ro.

Quæo capit ſiui ſitum; Tero triuit & itum.
Ferre tuli latumque. Vro dabit vſsit & vſtum.
Dat Geſsi geſtum Gero: Verri verrere verſum.

Quæro ſuchen quæſiui quæſitum. Acquiro erlangen acquiſiui acquiſitum. Con. diſ. ex. in per. re. *penultima longa.*

Tero, zerreiben triui, tritum. Att. con. de. in. pro. *penultima breui.*

Fero tragen tuli latum. *Anomalum eſt: olim* tetuli, *in præterito.*

Adfero zutragẽ *vel* affero, *penul. breui,* attuli allatum Aufero hinweg tragen/abſtuli ablatum. Confero, contuli collatum. Differo diſtuli dilatum. Effero, extuli elatum. Infero intuli illatum. Offero, obtuli oblatum. *ſic* Defero, perfero, præfero profero: ſuffero *caret vtroque.*

Vro brennen vſsi vſtum. Aduro. com. ex. in. per. præ.

Gero, tragen / geſſi, geſtum. *Aggero*, congero, digero, egero, ingero, ſuggero, *penultima breui*.

Verro kehren/verri, verſum. Conuerro, euerro.

Curro, cucurrit, & hinc curſum: dāt Pignorra curri

Tale, Per, ex con, Pro; geminat Præcurro frequenter.

Cętera non nūquā, tu imitare quod approbet vſus.

Curro, lauffen/cucurri, curſum. *Compoſita apud Ciceronem ſæpius leguntur ſine geminatione: vt* Accurro, accurri, accurſum. Decurro, decurri, decurſum. Incurro, diſcurro, recurro, ſuccuro, tranſcurro. *Sed* Percurro, excurro, cōcurro, procurro, *aliquando præteritum geminant: ſicut &* Decurro.

Præcurro *ſæpius habet* præcurri.

A Sero ſit ſeui, atque ſatum. Sic ruſtica Proles.

Vi dat itum. Proles è rure aliena vi, & ertum.

Obſerit, euit, itum: iunges Interſero verbum.

Deſero & Exſero duntaxat poſcunt vi, & ertum.

Sero, ſäen pflantzen / ſeui, ſatum, *Id eſt, ſemino vel planto*.

*Olim etiam* Serui ſertum *habuit*.

*Compoſitæ quæ ad rem ruſticam ſpectant, ac plantationis ſignificatione recedunt, habent* Eui, itum.

*Quæ verò ad rem ruſticam non ſpectant, & à plantationis ſignificatione recedunt, habent* Erui, ertum.

Aſſero, aſſeui, aſſitum, *id eſt, iuxta ſero, vel planto*.

Aſſero, erui, ertum, *id eſt, affirmo*.

Conſero, conſeui, conſitum, *id eſt. ſimul ſero*.

Conſero, erui, ertum, *id eſt, commiſceo, committo, certo*.

Deſero, deſeui, deſitū, *id eſt, in terrā depono rarū eſt*.

Deſero,

Deſero,erui,ertum.*id eſt relinquo.*

Diſſero,diſſeui,diſſitum,*id eſt,diſſemino.*

Diſſero,erui,ertum,*id eſt diſputo.*

Inſero,inſeui,inſitum,*id eſt,in aliquo ſerò, vt ramū alteri arbori,ac ſi dicam,inter planto,inſemino.*

Inſero,erui,ertum,*id eſt immiſceo, vel immitto.*

*Duo ferè hebent* Erui,ertum.

Ediſſero,erui,ertum,*id eſt explico.*

Exſero,erui,ertum.*id eſt,emitto,extraho.*

*Duo habent* eui,itum,*tantum.*

Interſero,erui,itum,*quaſi dicas interplanto.*

Obſero,eui,itum,*id eſt,circumſero,aut circumdo.*

*Duo ferè habent* Eui,atum.

Reſero,reſeui,reſatum,*id eſt, iterum planto.*

Perſero, perſeui,perſatū,*id eſt,vbiq; plāto,vel ſemino*

So.

So,ſiui,ſitumq; dabit;ſed Tiro notabis.
Syncopa deminuit de vi formata frequenter:
Inceſſo ſolùm ſi dat ſed Viſere ſi,ſum.
Pinſuit & piſtum doctorum comprobat vſus.

*Io* So *habent* Iui,itum,*penultima longa.*

Laceſſo,anreitzen/laceſſiui,laceſſitum.

Accerſſo,beruffen/ accerſiui,accerſitum.

Arceſſo,arceſſiui,arceſſitum.

Capeſco,capeſſiui,*vel* capeſſij *per Syncopē*,capeſſitū.

Faceſſo,faceſſiui,*vel* faceſſij *per Syncopen*, faceſſitum

Laceſſiſti,laceſſiſſet,laceſſiſſe. *Item* Faceſſiſſet.

Capeſſiſſet,*imminuta ſunt,pro* Laceſſiuiſſet, *vel* laceſſijſſet.*&c.*

Inceſſo,inceſſi,*ſine Supino.*

Inceſso-inceſsi

Viſo, ſehen/gehen/zuſehen/ viſi, viſum. In pro. re. *penultima longa.*

Pinſo, pinſui, piſtum, *olim etiã* Pinſum *&* Pinſitũ. *Legitur etiam apud Plautum Saluſtium & Liuium,* Accerſio, *Quartæ coniugationis, vt apud Columellam paßiuum* Laceſſiri, *vnde* Laceſſitus *Participium.*

To.

Xi, xum, dant Plecto, Flecto, ſed Nectere, pecto.
Dant xuit aut xi, xvm, Peto profert iuit & itum.
Mitto facit miſi, miſſum. Meto, meſſuit. & ſſum.

Flecto biegen/flexi, flexum. Deflecto, in. re. Plecto, plexi, plexum, *hinc Participium* plexus.

Pecto kemmen/pexi, *vel* pexui, pexum. Depecto

Necto, knüpffen/nexi, *vel* nexui, nexum. *hinc* Nexare, *frequentatiuum.*

Peto, begeren/petiui, petitum. *penultima longa.* Appeto, ex. im. op. re. ſup.

Mitto, ſchicken/miſi, miſſum. Ad. a. com. de. di. e. im. o. pro. præ. per. *&c.*

Meto ernden/meſſui, meſſum. Demeto, *penult. breui.*

Stertuit à Sterto tantùm. Verti dato verſum.
Siſto, ſiſti, ſtatum, Actiuum: Neutrale ſequetur.
Sto verbum, vnde ſtiti, atque ſtitum, ſibi Pignora ſumant.

Sterto, ſchnarchen/ſtertui *ſine Supino. Ouidius etiã* Stertiſſet *dixit.*

Verto, kehrẽ/verti, verſũ. A. ad. cõ. di. e. per. præ.

Siſto *Actiuum, habet* ſtiti, ſtatum, *id eſt, facio ſtare, ſedo, ſtatuo, vt* Siſtere ſanguinem. Omnes ſiſtemur ante tribunal Chriſti.

Siſto

Siſto *Neutrum, mutuantur à* Sto, ſteti, ſtatum, *quòd Compoſita ſequuntur:* Exiſto, exſtiti, exſtitum. Conſiſto, conſtiti, conſtitum.

*Sic* Abſiſto, ad. *vel* aſſ. de. circum. in. ob. per. re. ſub. *&c.*

*Quorum Supinis tutius vti poteris, cum apud probatos ſcriptores legeris.*

## Vo.

Dat viuo xi, ctum; vt Soluit, voluit & vtum.
His addunt Caluo, calui; ſed linque vetuſtis.

Viuo, leben/ vixi, victum. Conuiuo, Reuiuo.

Soluo, aufflöſen/ ſolui, ſolutum. Ab. diſſ. Exſoluo. per. re.

Voluo, weltzen/ volui, volutum. Ad de. e. in. per. re.

Caluo, calui. *ſine Supino, id eſt, decipio.*

*Sed priſcum eſt verbum, & abſoletum.*

## Xo.

Texo, xui, xtum, vult; Primam mage nexo frequẽtat.

Texo, weben/ texui, textum. Ad. con. de. præ. re.

Nexo *Frequentatiuum à* Necto, *Primæ coniugationis eſt, auctore Priſciano, Præterito & Supino carens: vt dictũ eſt ſuprà.*

# DE QVARTA CONIVGATIONE.

Quarta Io ſemper habet: demes Eo, cũ queo tãtùm

*Omnia verba Quartæ coniugationis exeunt in* Io *præter* Eo, *&* Queo, *cum compoſitis: quæ habent* Ibam *in Præterito Imperfecto, &* Ibo *in Futuro: vt* Ibã, redibam, præteribam,

teribam, Venibã &c. Quibam, Nequibam. *Sic* Ibo, redibo, præteribo, venibo *&c.* Quibo, nequibo,

## ANNOTATIONES.

*Inuenias tamen interdum* Iniet, præteriet, *pro* Inibit, præter, ibit. *Et apud Tibullum* Tranſiet ætas, *pro* tranſibit, *quæ nõ temerè imitanda ſunt.*

*Porrò veteres quælibet verba Quartæ coniugationis flectebant in Imperfecto per* Ibam, ibas, ibat. *&c. Et in Futuro per* ibo, ibis, ibit. *&c Vnde apud Comicos, Terentium & Plautum,* Scibam, audibis, *pro* Sciam, audis; Scibo, ſcibis; Opperibor, mẽtibor, *&c. pro* Sciam, ſcies; Opperiar mentiar, *&c. quæ nunc in vſu eſſe deſierunt.*

Iui, itum longum: verbum Quarti ordinis effert
Sint Scio, Neſcio, Seruio, Dormio, & Audio teſtes.
Corripiunt ſed itum, cũ Compoſitis Queo, Eoque
Veneo, veniuit, vel venijt, indeque venum.

*Verba Quartæ coniugationis habent* Iui *penultima longa vt* Audio, hören/audiui, auditum. Scio, wiſſen / neſcio, nit wiſſen/ſeruio, dienen/dormio, ſchlaffen/ſitio, dürſten/ſcio, ſuffio, redimio.

*Excipiuntur à regula* Eo *&* Queo *cum ſuis compoſitis quæ* Itum *in Supino corripiunt: vt* Abeo, hinweg gehen/ abiui, *vel* abij, abitum. *Sic* Adeo, exeo, außgehen/ineo, obeo, prodeo, redeo, ſubeo, prætereo, præeo, pereo, verloren werden/*&c.* Nequeo, nit mögen/nequiui, *vel* nequij nequitum.

*Sed* Ambio, ambiui, ambitum, *penultima longa, nõ eſt Anomalum: vt* Eo; *ſed coniugatur vbique ſicut* Audio, *vnde participium* Ambitus *penultima longa*; Ambitus *verò nomen mediam corripit, vt* Ambitio *et* ambitioſus *ſecundam.*

*Obſeruandum Verba Quartæ coniugationis in Præteritis efferri eleganter per Syncopen:vt* Abij,adij,redij,*&c.* Adiſti,adiſſem,adiſſe. Audiſti,audiſſem,audiero. *Prima tamen perſona præteriti perfecti Indicatiui Syncopē non admittit,niſi in Compoſitis ab* Eo:*vt* perij,interij:*pro quibus non rectè dixeris*,Periui,interiui.

Veneo,*id eſt,vendor*,veniui,*vel* venij, venum,*pro* venitum.

Vult Venio,veni,ventum:dat Vincio,xi,ctum.
Sancio,xi,ctum,vult;aut accipit iuit & itum.
Vix Amicit,dat vi;malim te dicere Amixi.

Venio,kommen/veni,ventum Aduenio,conuenio,euenio.inuenio, peruenio, præuenio, prouenio,ſubuenio,circumuenio.
Vincio,vinxi,vinctum.Deuincio,reuincio.
Sanxio,ſanxi,ſanctum;*vel* ſanciui,ſancitum.
*Sed* Sanxi *&* ſancitum *ſunt in frequentiore vſu.*
Amicio,amixi,amictum,*olim etiam* amicui.*Neutrum multum vſitatum.*

Syncopa non nullis eſt vſurpata Supinis:
Vt Sepelire,ſepultum; Amicit ſic donat amictum.
Singultiui,Singultum,Singultio ructat.
Dic Saliui,aut ſalij,ſaltum:Proles capit vltum.
A Sale deductum Salio petit iuit & itum.

*Supina quædam efferuntur quaſi per Syncopen.*
*Vt* Sepelio begraben/ſepultum, Singultio, klutzen/ſingultum,*&c.*
Salio,ſpringen/ſaliui,*aut* ſalij,ſaltum.
Exſilio,exſilui,*vel* exſilij,exultum. Ad.in. pro. re. ſub.

*Sed* Salio, ſaltzen/ *à* Sal, ſalis *deductum, ſequitur regulam, & facit* Saliui, ſalitum.

Sentio, ſi, ſum, vult: hauſi cupit Haurio & hauſtum.
Dic Sarſi, ſartum Farſi, fartumque Supino.
Dein Sepſi, ſeptum. Dic, Fulſi, fulcio fultum.

Sentio, empfinden/ ſenſi, ſenſum. Aſſentio, conſentio, diſſentio.

Haurio ſchepffen/ hauſi, hauſtũ, Exhaurio. *Virgilius etiam* Hauſurus *dixit*.

Sarcio, butzen/ ſarſi, ſartum. Reſarcio, conſarcio. Farcio erfüllen/ farſi, fartum. Refercio, referſi, refertum. Infercio, ſuffercio.

Sepio, verzeunen/ ſepſi, ſeptum. *Liuius etiam* Sepiui. *ſic legitur* Hauriui, Exſiliui, *& alia quædam notanda potius, quàm imitanda.*

Ex pario natum, per vi flectetur & Ertum.
Præterito donant, ſed comperit, & Reperit, Ri,
Geſtio, Ineptio, cum Cæcutio vix reſupiant.
Sed nil dat Ferio. nil dant Meditantia verba.
Parturit, excipiunt, cum nupturit, Eſurioque.

*A* Pario *compoſita, habent* Erui, ertum: *vt* Aperio, ui, ertum. *Sic* Adaperio. Exaperio, Operio, erui, ertum. Adoperio, cooperio. *Sed* Comperio, *&* Reperio *habent* Ri, ertum. Comperi, compertum. Reperi, *& in carmine* repperi, repertum.

*Hæc tria*, Geſtio, iui: Ineptio, iui: Cæcutio, iui, *dicunt carere Supino*, Ferio ſchlahen/ *verò vtroque carere volunt.*

*Verba Meditatiua formæ docent Grammatici quoque*

*carere præterito, vt* Cœnaturio begeren zu nacht eſſen Dormiturio, begeren zu ſchlaffen/ Dicturio, *&c.*

*Excipiunt* Nupturio, Parturio *&* Eſurio *quæ habent* Iui, *vel potius* Ij *per ſyncopen.* Eſurio *etiã habet* eſuritum *in Supino, Vnde apud Terentium.* Nos eſurituros ſatis.

Cambio, camſi, camtum, *id eſt, permuto, verbum eſt antiquatum.*

*Sic pro* Rauſio, rauſi, rauſum, *vel* Rauceo, ces, *potius* Raueſco *dicitur. Hinc apud Ciceronem* Eraucuerit, *ab* Irrauceo, ces, *legitur.*

## DE PRAETERITIS VERBORVM IN OR.

*Verba in* Or *ſunt triplicia: Paßiua, Deponentia, & Communia. Verba in* Or *Paßiui generis formant Præteritum ex Participio Præteriti temporis.: quòd fit à Supino, & Verbo* Sum: *vt* Amor, geliebt werden/ amatus ſum. Moneor, vermahnt werden/ monitus ſum. Iungor, iunctus ſum. Redimor, redimitus ſum.

*Quorum Actiua igitur Supinis carent, illorum Paßiua carent Præteritis: vt* Metuor geſürcht werden/ Timeor Vrgeor, *&c.*

*Deponentia & Communia formant Præteritũ hoc modo.*

Ex or finitis Actiuam fingito vocem.
Vt Vereor, vereo, veritum fluet inde Supinum.
Præteritumq; ſimul veritus ſum. Cætera fingi
Hac ratione queũt; Pauca excipienda memento.

*Vt verbis in* Or *tribuatur Præteritum, priuò fingenda eſt vox Actiuæ, eiq; dandum Præteritum & Supinũ ex Regulis iam traditis: vt* Lætor, ſich erfrewen/ Læto, aui, atum

Vereor;eo,ui, itum, Fungor, go, xi, ctum. Potior, io,iui,itum. *Iam ex Supino poſteriori dedicandũ eſt. Participium Præteriti temporis, curſi, addas verbum* Sum, *habet Prræteritum verbi in* Or: vt Lætatus ſum, veritus ſum, functus ſum, potitus ſum. *Sed vt hęc facilius à paruulis ac rudibus capiantur, agemus de ſingulis coniugationibus ſeparatim.*

In O R *Primæ coniugationis.*

Dum conaris in Or Primo ordine verba iugare.
Or mutetur in Atus ſum, iungatur & Atum.
Lætor, lætatus ſum, lætatumque Supino.
Sic Comitor, comitatus ſum perſæpè ſodalem.

*Deponentia Primæ coniugationis habent* Atus ſum *in Præterito, &* Atum *in Supino: vt* Aſſentor, aſſentatus ſum, aſſentatum. *Sic* Bacchor, Comitor, Dignor, Execror, Furor, Glorior, Hariolor, Iocor, Lætor, Machinor, Nugor, Otior, *&c.*

*Ad hanc claſſem pertinent quoque verba communia, de quibus puer hos diſcat verſiculos.*

Criminor, Oſculor, & Fruſtror, Cõmunia paſſim
Vſurpata leges ſed rara plura notabis.
Quæ ſimul Actiuè & Paſſiuè ſignificabunt.

*Sunt tamen multa paßim obuia Deponentium verborum Participia, etiam paßiua ſignificatione interdum vſurpata, tum verba eam depoſuerint, vnde etiam Deponentia verba dicta ſunt, cum olim fuerint Communia Cuiuſmodi ſunt,* Interpretatus, Meditatus, Comitatus, Complexus, Dimenſus, Oblitus, Tuendus, Stipulatus, *& alia nõnulla in quibus videndum, quid vſus receperit, & quid illi probarint qui emendatè locuti ſunt.*

In

*In Or Secundæ coniugationis.*

Altera in OR ſed præteritum formabit itus ſum:
Sed Fateor, faſſus; confeſſus Confiteor dat.
Sit Reor vſque ratus; Miſereri flecte miſertus.
Prætereuntque ſimul Tuor ac Tueor, tuitus ſum.
Da Mereor, merui: ac meritus ſum: da meritumq́;
Præterito Medeor caret aut medicatus adoptat.

*Deponentia Secundæ coniugationis habent* Itus ſum, itum: *vt* Vereor, veritus ſum, veritum, Reuereor. Liceor, licitus ſum, licitum.
Polliceor, verheiſſen/pollicitus ſum, pollicitum.

*Sed hinc pauca excipiuntur.*

Fateor, bekennen/faſſus ſum. Confiteor, confeſſus ſum. Diff. prof.
Reor, ratus ſum. Miſereor, ſich erbarmen/ miſertus ſum.
Tueor beſchirmẽ/ſehen/& Tuor *Tertiæ coniugationis* tuitus ſum, *id eſt, Defendo, vel video? In Supino* Tuitum *vel* Tutum *dicimus.*
*Hinc* Tuitio tutela, & Tutor, tutaris.

*Compoſita à* Tueor, Intueor, Contueor, Obtueor; *quæ videndi, non defendendi ſignificationem obtinent.*

*A* Tuor, *compoſita ſunt* Intuor, Contuor, Obtuor; *quæ rara ſunt.* Tueor *verò cum compoſitis vſitatius eſt.*

*Mereor,* verdienen/merui, & meritus ſum, meritum. Commereor, Demereor, Promereor.

Medeor *caret Præterito, aut mutuò ſumit à* Medicor medicatus ſum.

*In Or Tertiæ coniugationis.*

Tertia præteritum variè facit atque Supinum.

Primũ Adipiſcor, adeptus habet: pactusq́; paciſcor
Sic Labor, lapſus. Nanciſcor nactus adoptat.
Obliuiſcor & oblitus: Naſcor dato Natus.
Dat Gradior greſſus: Proficiſcor iunge profectus.

*Deponentia Tertiæ coniugationis certam aliquam Præteriti formam non habent, quemadmodum nec Actiua, niſi in paucißimis:* Fungor, functus ſum. Defungor, Præfungor.

Amplector, vmbgreiffen/amplexus ſum. Complector complexus ſum.

Iraſcor, zornig ſein/ iratus ſum: *ſed* Iratus *nomen potius eſt.*

*Participium futurum* Iraſciturus. Subiraſcor.

*A* paſcor *fit* Depaſcor, depaſtus ſum.

*Quæ iam ſequuntur non retinent formam Actiuorum.*

Adipiſcor, erlangen/adeptus ſum, *ſic* Indipiſcor, indeptus ſum.

Paciſcor, pactus ſum. Depaciſcor depactus ſum.

Labor, fallẽ/lapſus ſum. Allabor, Illabor, delabor. dilabor, collabor, elabor, prolabor, relabor, *penultima longa.*

Nanciſcor, bekommen/nactus ſum.

Obliuiſcor; vergeſſen/oblitus ſum. *Hinc tamen* Obliuiſciturus.

Naſcor, geborẽ werden/natus ſum. *Hinc* Naſciturus.

Innaſcor, enaſcor, renaſcor, adnaſcor.

Gradior, gehen/ greſſus ſum. Aggredior, congredior; digredior, egredior, ingredior, progredior, regredior.

Proficiſcor, reyſen/profectus ſum.

Vltus ab Vlciſcor; veniat ſic vſus ab Vtor.
Vtus habent loquor atque Sequor. Queror accipe queſtus.
Niſus vel nixus. Nitor: Fruor adijce fructus.
Et potius fruitus; Patior, paſſusque requirit.
Expergiſcor, & experrectus. Comque miniſcor.
Commentus. Sed iam quædam variantia diſce.

Vlciſcor, rächen / vltus ſum. Vtor, gebrauchen / vſus ſum. Abutor, mißbrauchen.

Loquor, reden / locutus ſum. Alloquor, colloquor, eloquor, obloquor, proloquor, *penultima breui.*

Sequor, nachfolgen / ſecutus ſum. Adſequor, *vel* aſſequor, conſequor, exſequor, inſequor, perſequor, proſequor.

Queor, klagen / queſtus ſum. Conqueror, *pen. breui.*

Nitor, ſtreben / niſus, *vel potius* nixus ſum. Adnitor, *ſiue* annitor, enitor, innitor, obnitor, renitor, *penultima longa.*

Enixus *ad partum ſpectat*, Eniſus *ad cæteros conatus.*

Fruor, genieſſen / fructus, *vel potius fruitus* ſum *hinc* fruiturus. Perfruor.

Patior, leiden / dulden / paſſus ſum. perpetior, perpoſſus ſum.

Expergiſcor, erwecken / experrectus ſum.

Comminiſcor, commentus ſum.

Paciſcor *vix in vſu, &* Defetiſcor *verbum antiquum videntur carere Præterito:* Feſſus *enim &* Defeſſus *potius nomina ſunt.*

*Quæ ſequuntur, Coniugationem aut participia variant.*

Eſt Orior Ternæ:tamen infinitus Oriri.
Eſt tantùm Quartæ:dans Ortus,dein Oriturus.
Sic Morior moriturus habet,cui Mortuus adſit.
Diuerti,Diuertor habet;rećteq́ue Reuerti.
Atque Reuerſus ſum poterit formare Reuertor.
Nil formant Ringor,Liquor,Veſcor, Reminiſcor.

Orior,geboren werden/herfur kommē/oreris;*Tertiæ cõiugationis eſt,præter Infinitiuũ* Oriri *Quartæ coniugationis: habet in Præterito* Ortus ſum,*et in Futuro Participij* Oriturus, Adorior,coorior,exorior,oborior.

A Morior,ſterben/*Participium* Moriturus *eſt:* Cõmorior,emorior,immorior.

Mortuus *nomē potius,ſicut* Viuus,feſſus, defeſſus, laſſus,iratus,fretus,*quod Valla verbo* Fruor,*tribuit.*

Diuertor, zur herberg einkeren/diuerti. *ſic* Deuertor,diuerti, *Vnde* Diuerſorium & deuerſorium,Diuortium & deuortium.

Reuertor, widerumb keren / reuerti *ſæpius , quàm* reuerſus ſum.

*Hæc verò quatuor verba*,Ringor,Liquor,Veſcor,et Reminiſcor,*carent vtroque,Præterito ſcilicet et Supino.* Veſcor *tamen &* Reminiſcor,*mutuari poſſunt* Paſtus ſum,*&* Recordatus ſum.

*In* Or *Quartæ coniugationis.*

Quartæ Præteritum longum formantur in itus.
Mentiri,mentitus,mentitumq́ue fatetur.
Metior,atque Aſſentiri labuntur in Enſus.
Experior,velut Opperior ſimul Ertus habebunt.
Ordior,orſus,& orditus profert aliquando.

*Depo-*

*Deponentia Quartæ coniugationis habent* Itus ſum,itũ, *penultima longa: vt* Blandior,ſchmeichlen/blanditus ſum. Largior, reichlich außgeben/ largitus ſum. Mentior,liegen/mẽtitus ſum *Sic* Molior, Partior, theylen/Sortior,loſſen/*&* Potior, potitus ſum *quod legitur aliquando Tertiæ coniugationis Virgilius*,Auro vi potitur.

*Ouidius*,Nos te potiremur Achille.

*Excipiuntur quinque*: Metior,meſſen / menſus,ſum. Dimetior,emetior,remetior.

Aſſentior, aſſenſus ſum,*Plautus & Ouidius etiam* Aſſentio *dixerunt*.

Experior,erfahren/expertus ſum. Opperior, oppertus ſum. *Plautus etiam* Opperitus ſum.

Comperior,*pro* comperio *apud Salluſtium*,comperi, *non* compertus ſum.*Sed* Comperior *paßiuum à* Comperio,*facit* compertus ſum.

Ordior,anfangen / orſus, *&* orditus ſum. *Hinc* Exorior.

## DE DVPLICIBVS NEVTRIS.

### *Tranſgreßiua,vulgò Neutro paß ua.*

Tranſgreſſiua vocant in O verba cadẽtia Neutra:
Præteritum quibus eſt velut ex or voce creatum.
*Vt* Fio,Soleo,Fido,*cum* Gaudet,& Audet.
Præteritum ſed vtrumq; dabit cum Nubere,Iuro.

*Verba Tranſgreßiua ſeu Neutra paßiua dicuntur,quæ in O finita Præteritum habent Paßiuorum.*

Fio factus ſum.Soleo,ſolitus ſum.Fido,fiſus ſum. Gaudeo,gauiſus ſum.Audeo,auſus ſum.

Nubo & Iuro *habent duplex Præteritum.*

Nubo, nupſi, & nuptus ſum, *vel potius* nupta ſum: *quia rariſſimè verbis tribuitur.* Iuro, iuraui, & iuratus ſum.

*His addunt Grammatici,* Prandeo, prandi, & pranſus ſum. Cœno, cœnaui, & cœnatus ſum. *Sed* pranſus & cœnatus *ſignificant, confecto, prandio, confecta cœna, ſiue à prandio, à cœna.*

Pranſus ſum, cœnatus ſum apud te, *pro* prandi, & cœnaui, *à doctis non probantur.*

*Antopathetica, ſeu Neutralia Paßiua.*

Paſſiuè ſignant hinc Antopathetica dicta.
Quatuor, vt Liceo, cum Vapulo, Veneo, Fio.

*Verbum Neutrale paßiuum dicitur, quod in O finitum paßiuè ſignificat: cuiuſmodi ſunt hæc quatuor:* Liceo, *id eſt, æſtimor.* Vapulo, *id eſt, verberor.* Veneo, *id eſt, vendor.* Fio, *id eſt efficior.*

## ANNOTATIONES DE VERBIS ABVNDANTIBVS.

Paucula luxuriant Flexu & ſenſu ſub ijſdem.

*Verba quædam eadem manente Coniugatione & ſignificatione per O & Or vſitate proferuntur.*

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Alterco, | & OR, | Iurgo. | & OR, | Populo, | & OR, |
| Aſſentio, | | Lachrymo, | | Auerto, | |
| Fabrico, | | Luxurio, | | Præuerto, | |
| Fluctuo, | | Obſono, | | Reuerto, | |
| Imperio, | | Palpo, | | | |

*Plura huiuſmodi recenſentur à Donato, Diomede, Priſciano, & Nonio Marcello: ſed quæ, vt & horum pleraque poëtica ferè ſunt, ac parcius à nobis etiam in carmine vſurpanda, quod in multis ſit altera terminatio vſu repudiata.*

*Supe-*

*Superioribus addi non debent* Mutuo, & mutuor; Mereo, & mereor; Fœnero, & fœneror; Liceo & liceor; Vado, & vador *quæ ſignificatione differunt.*

Paucula luxuriant Flexum & ſenſum variando.

*Verba quædam cum ſignificatione mutant ac variant etiam Coniugationem.* Volo vis vult: & Volo, volas, volat. &c. Effero, effers, & Effero efferas. Conſeruor, conſerueris, & conſeruaris, &c.

*Talia cenſentur,* Volo, Colligo, Deligo Mando.
Compello, Appello, Refero, ſimul Obſero, Fundo.
Effero, Conſeruor, *monſtrabit lectio plura.*

*Alia mutata Quantitate, mutant ſimul Coniugationem & ſignificationem:* Colo Percolo Prædico. Ferior, Edo.
Dico, Indico. Educo. Vado. Lego. Relego.

*De iiſdem diuerſorum verborum Præteritis.*

Sunt eadem verbis diuerſis Præteritiua.
*Vt* Fulſi, Mulſi, Luxi, Frixi, atque pependi.
Et Paui, Creui, Sataque à Sido, Sedeoque.
*Sic quæ gignuntur verbo vel* Siſtere vel Sto.

*Habent interdum diuerſa verba idem Præteritum.*
*Vt* Fulgo, & fulceo, fulſi. Mulgeo, & mulceo mulſi.
Luceo, & lugeo, luxi. Frigeo & frigo frixi.
Pendeo & pendo, pependi. Paueo, & paſco, paui.
Creſco, & cerno, *pro ſtatuere, vel hæreditatem adire,* creui.
*Compoſita à* Sedeo & Sido. Conſideo, & conſido, conſedi, *etc.*
*Sic Compoſita à* Sto & Siſto. Adſto, & aſſiſto, adſtiti.

*De iiſdem diuerſorum verborum Supinis.*

Eſt & idem varijs verbis quandoque Supinum.
*Vt* Penſum Cretum, Verſum Viſum adijce paſtum.
Extulit Elatum, Extollo. ac Effero gignunt.
Et Manſum à mando, mandis. Maneoque creatur.
Huc Tenſum ſpectat, Teneo, *vel* Tendere, natum.

Penſum *eſt à* pendeo, *vel* pendo. Cretum *à* creſco, *vel* cerno. Verſum, *à* verro, *vel* verto. Viſum *à* video, & viſo. *Paſſum à* Pando, & *à* patior.

# CAPVT VI.

## DE VERBORVM ANOMALIA, ELLIPSI, & FORMA, ſeu SPECIE.

### *De verbis Anomalis.*

Quæ contra normam flectuntur, Anomala ſunto.
Vt Fero, Sum, Fio, Volo, Eo, Queo, Veneo, Edoq;

*Anomala verba ſunt, quæ non ſequuntur communem & conſuetam coniugandi formam: cuiuſmodi ſunt hæc decem:* Fero, Sum, Volo, Nolo, Malo, Fio, Eo, Queo, Veneo, & Edo. *Quinque priora patent ex Rudimentis.*

### ANNOTATIONES.

Sum *verbum eſt prorſus Anomalum, nullius coniugationis.*

*Ab hoc verbo inuenias apud Comicos*, Siem, ſies, ſiet. ſient; *pro* Sim, ſis, ſit, ſint.

Ens *Participium aliquando fuit in vſu, nunc deſijt.*

Futurus *eſt ab antiquo & inuſitato verbo* Fuo.

*A* Sum *Compoſita carent Participijs, præter* Abſens *&* Præſens *à verbis* Abſum, *&* Præſum. Potens *nomen eſt.*

Poſſum *&* Proſum *videntur carere Imperatiuo.*

Poſſum *inter coniugandum recipit litteram* t, *hoc modo:* Poſſum, potes, poteſt, poteſtis Poteram, potui, potueram, potero, potuiſſem potuerim potuero potuiſſe.

Proſum *verò litteram* d *recipit, & in præterito perfecto, et plus quàm perfecto litteram* f Proſum, prodes prodeſt prodeſtis proderam; profui. profueram. prodero, profuiſſem, *&c.* prodeſſem, prodeſſe, *&c.*

Volo *&* Malo *carent Imperatiuo, cuius loco vtimur præſenti Coniunctiui*, Velis, velit, *&c.* Malis, malit, *&c.*

*Terentius.* Id velis quod poſiis.

*Martialis*, Quod ſis, eſſe velis, nihilque malis.

FIO

Fio, *id eſt*, Efficio, *Paßiuum à* Facio.

*Indicatiuo præſenti*, Fio, ſis ſit. *Plur.* Fimus, ſitis, ſiunt.

*Præterito*
- *Imperfecto*, Fiebam, as, at. *&c.*
- *Perfecto*, Factus ſum, *vel* fui, es, *vel* fuiſti, *&c.*
- *Plus quàm perfecto*, Factus eram, *vel* fueram, *&c.*

*Futuro*, Fiam, es, et. *Pluraliter &c.*

*Imperatiuo*, Fias, fiat. *Pluraliter*, Fiamus, atis, ant. Fi, fite, fito, *&* fitote *rara ſunt.*

*Optatiuo præſenti, & præterito imperfecto*, Fierem, es, et. *&c.*

*Præterito perfecto*, Factus ſim *vel* fuerim, *&c.*

*Præterito plus quàm perfecto*, Fact⁹ eſſem, *vel*, fuiſsē, *&c.*

*Futuro*, Fiam, fias, fiat. *Plural. &c.*

*Coniunctiuo præſenti*, Fiam, as, at. *&c.*

*Præterito*
- *Imperfecto*, Fierem, fieres, fieret. *&c.*
- *Perfecto*, Factus ſim, *vel* fuerim. *&c.*
- *Plus quàm perſ.* Fact⁹ eſſem, *vel* fuiſſem, *&c.*

*Futuro*, Factus ero, *vel* fuero, factus eris, *&c.*

*Infinitiuo præſenti, & præterito imperfecto*, Fieri.

*Præterito perfecto, & plus quàm perfecto*, Factum eſſe *vel* fuiſſe.

*Futuro*, Factum iri, *vel* faciendum eſſe.

*Participii præteritum*, Factus, a, um.

*Futurum*, Faciendus, a, um.

Fiens, *&* Fiendus, *barbara ſunt.*

*Supina* Factum, factu, *quæ ſunt à* Facio.

*Eodem modo coniugantur à* Fio *compoſita*, Caleſio, madeſio, liqueſio, *&c.*

Eo.

*Indicatiuo præſenti*, Eo.is, it, *Plur.* Imus, itis, eunt.
*Præterito imperfecto*, Ibam, ibas, ibat, *&c.*
*Præterito perfecto* Iui, iuiſti, iuit. *&c.*
*Plus quàm perfecto*, Iueram, as, at *&c.*
*Futuro*, Ibo, ibis, ibit. *&c.*

*Imperatiuo præſenti*, I. eat, *Plur.* Eamus, ite, eant.
*Futuro* Ito tu, ito ille. *Plur.* Eamus, itote, eunto.

*Optatiuo præſenti, & præt. imperf.* Irem, ires, iret. *&c.*
*Præterito perfecto*, Iuerim, iueris, iuerit. *&c.*
*Præterito plus quàm perfecto*, Iuiſſem, iuiſſes, iuiſſet. *&c.*
*Futuro*, Eam, eas, eat, *Plural. &c.*

*Coniunctiuo præſenti*, Eam, eas, eat. *&c.*

*Præterito* { *Imperfecto*, Irem, ires, iret. *&c. Plur. &c.*
*Perfecto*, Iuerim, iueris, iuerit. *&c.*
*Plus quàm perſ.* iuiſſem, iuiſſes, iuiſſet. *&c.* }

*Futuro*, Iuero, iueris, iuerit. *Plural. &c.*

*Infinitiuo præſenti, & præterito imperfecto*, Ire.
*Præterito perfecto, & plus quàm perfecto*, Iuiſſe.
*Futuro*, Iturum eſſe.
*Gerundia*, Eundi, eundo, eundum.
*Supina*, Itum itu.
*Participium præſens*, Iens, euntis eunti. *&c.*
*Participium Futurum*, Iturus, a, um.

*Eodem modo flectuntur Compoſita*, Abeo, ineo, exeo, prodeo, ſubeo, *&c. Quorum omnium præterita vſitatiùs per Syncopen efferuntur*: Abijt, abierunt, abierat, abijſſet, abierit, abijce. *atque ita de cæteris.*

Queo, & Nequeo: *ſimili modo inflectuntur, niſi quòd Imperatiuo ferè careant. Sunt verè* Eo. & Queo. *Anomala*

quòd

*quòd in quibuſdam locis* E, *pro* I *accipiant*, Eo, eunt, eat, eunto, *&c.* Eundi, eundo, eundum euntis, *&c.*

VENEO, *id eſt*, vendor.

*Indicatiuo præſenti*, Venio, venis, venit. *Plur.* Venimus, venitis, veniunt.

*Præterito*
- *Imperfecto*, Veniebā venibas venibat. *&c.*
- *Perfecto*, Veniui, *vel per ſyncopen.* Venij, veniſti, venijt. *&c.*
- *Plus quàm perfecto*, Venieram, venieras, venierat, *&c.*

*Futuro*, Venibo, venibis, venibit, *&c.*

*Grundijs & Supinis caret.*

*Supinum eſt*, Venum: *quod quidam Aduerbium eſſe contendunt*, *vt* Peſſum.

EDO.

Edo *cùm Analogiam ſequitur*, *coniugatur vt* Lego *per omnes modos & tempora* Edo, edis, edit, *&c.* Edebam. Edi. Ederam, edam, es, et, *&c.*

*Cùm verò Anomalum eſt, flectitur in quibuſdam, temporibus irregulariter, hoc modo:*

*Indicatiuo præſenti*, Edo, es, eſt. *Pluraliter*, Edimus, editis, edunt.

*Imperfecto*, Edebam. *as* at *&c.*

*Perfecto*, Edi, ediſti, edit. *&c.*

*Plus quàm perfecto*, Ederam, ederas *&c.*

*Futuro*, Edam, edes, edet, *&c.*

*Imperatiuo præſenti*, Ede, *vel* es, edat. *Plur.* Edamus, edite, *vel* eſte, edant.

*Futuro*, Eſto tu, eſto, ille. *Pluraliter*, Edamus, eſtote, edunto, *vel* eduntote.

*Optatiuo præſ. & præt. imp*, Eſſem, eſſes, eſſet, *&c.*
*Perfecto*, Ederim, ederis, ederit *&c.*
*Plus quàm perfecto*, Ediſſem, ediſſes, ediſſet, *&c.*
*Futuro*, Edam, edas, edat *Plural.* Edamus, *&c.*
*Coniunctiuo præſenti*, Edam, edas, edat. *&c.*
*Imperfecto*, Eſſem, eſſes, eſſet. *Plural. &c.*
*Perfecto*, Ederim, ederis, ederit. *Plural. &c.*
*Plus quàm perfecto* Ediſſem, ediſſes, ediſſet, *&c.*
*Futuro*, Edero, ederis, ederit *&c.*
*Infinitiuo præſenti, & præterito imperfecto*. Eſſe.
*Preterito perfecto, & plus quàm perfecto*, Ediſſe.
*Futuro*. Eſurum eſſe.
*Gerundia*, Edendi, edendo, edendum.
*Supina*, Eſum, eſu.
*Participia*, Edens, eſurus: *non* eſturus.
*Eodem modò coniugãtur Compoſita*: Comedo, comes, comeſt, *&c. Sic* Ambeſt, *pro* ambedit, *id eſt, circumedit* Exeſt, *pro* Exedit.

EDOR.

*Indicatiuo præſenti*, Edor, ederis, *vel* edere, editur, *vel* eſtur, *&c.*
*Sic, præt. imperf*, Edebar, *&c.*
*Præterito perfecto*, Eſus, ſum, *vel* fui, *&c.*
*Futuro Imperatiui*, Editor, *vel* eſtor, *&c.*
*Participia*, Eſus, *&* edendus. *Sic* Comeſus, ambeſus, comedendus: *non* Comeſtus, ambeſtus.

*De verbis Ellipticis, ſeu Defectiuis.*

Defectiua vocant Latij, atque Elliptica Graij.
Quæ ſunt Temporibus, certis mutilata, Modiſvè.
*Verba Elliptica ſeu defectiua ſunt, quæ carent certis*

*Modis*

*Modis, Temporibus, aut Perſonis*: *vt* Inquio, Aio, Salue, Auſim, Forem, Faxo, Quæſo, Cedo, Age, Odi, Noui, memini, *&c.*

INQVIO, & INQVAM.

Inquio *rariſsimè legitur*. Inquam *verò, id eſt, dico, dicebam, vel dixi, hoc modo inflectitur.*

*Indicatiuo præſenti*, Inquam, inquis, inquit.
*Pluraliter*, Inquimus inquitis inquiunt.
*Præterito imperfecto*, Inquiebam, bas, bat. *Plur. &c.*
*Præterito perfecto*. Inqui inquit.
*Futuro*, Inquies, inquiet. *Pluraliter*, inquient.
*Imperatiuo præſenti*, Inque. *Futuro*, Inquito.
*Potentiali modò*, Inquat. *Participium*, Inquiens.

AIO.

*Indicatiuo præſenti*, Aio, ais, ait. *Plur.* Aiunt.
*Præterito imperfecto*, Aiebam, bas, bat. *&c.*
*Præterito perfecto*, Aiſt. *Pluraliter*, Aiſtis.
*Imperatiuo præſenti*, Ai. *Plaut.* Vel, ai, vel nega.
*Optat. Futuro, & Coniunct. præſenti*, Aias, aiat.
*Pluraliter*, Aiamus, aiant.
*Participium eſt*, Aiens, aientis.

*SALVE, VALE, AVE, ſalutandi voces.*

*Imperatiuo*, Salue, ſaluete. *Dicitur &* Saluebis.
*Infinitiuo*, Saluere.
*Sic* Vale, valete, valere, & Valebis, *Apud Ciceronem.*
Aue, auete, aueto, auere.

AVEO *pro* Cupio *integrum eſt, vt* valeo: *ſed caret Præterito.*

Salueo *apud Plautum legitur*. Et Saluabis à meo. Cicerone, *inquit ipſe Cicero.*

AVSIM.

Auſim, auſis, auſit *Plur.* Auſint, *id eſt*, audeant, Auſim *eſt Futuri Optatiui, Præſentis vel Futuri Coniunctiui, vel Potentialis modi.*

FOREM.

*Optatiui præſens & imperfectum, & Coniunctiui imperfectum,* Forem, fores, foret. *Plur.* Forent. *id eſt*, Eſſem, eſſes, eſſet, eſſent.

*Infinitiui Futurum,* Fore, *id eſt*, futurum eſſe.

*Sic* Affore, Confore, Defore, Profore, *Penult.* breui.

FAXO.

*Indicatiuo futuro* Faxo, *id eſt*, Faciam.

*Optatiui futuro, & Coniunctiui præſenti & futuro*, Faxim, faxis, faxit. *Pluraliter*, Faxitis, faxint.

QVAESO.

*Indicatiuo præſenti*, Quæſo. *Pluraliter*, Quæſumus.

*Nam nihil à* Quæſo *iam Præter* Quæſumus *exſtat.*

*Sunt & hæc Defectiua.*

CEDO. *Imperatiuo* Cedo, *id eſt*, Dic, *vel* da.

Cedo, quid faceres? *id eſt*, dic.

*Cicero,* Cedo quid faceretis aliud? *id eſt*, dicite.

*Et iungitur accuſatiuo,* Cedo manum, cedo ſenem, &c.

OVAT. *id eſt*, lætatur, & gaudium demonſtrat. *hinc* Ouans.

INFIT, *id eſt*, ait, *vel potiùs*, Incipit, *cæteris caret.*

DEFIT, *id eſt*, deeſt. Defiet, defiat, defieri. *ſic* Confieri.

AGI, *Pluraliter*, Agite. *Hortantis verbum.*

APAGE, *vel* Apage te, *id eſt*, aufer te hinc. *Plural.*

SODES,

SODES, *id eſt*, Si audes Sis, *id eſt ſi vis.*

*Verba ſunt vel potius Interiectiones Comicis olim vſurpatæ, verbiſq; Imperatiuis additæ, ad leniendam eorum auſteritatem: vt* Caue ſis, Vide ſis Apage ſis.

*De quibuſdam Verborum perſonis inuſitatis.*

Dor, Furo, Der, For, Fer, Primas exterminat vſus

*Hæ primæ perſonæ,* Dor, For Furo, Der, *à* dari For, *à* fari, *non ſunt in vſu in Simplicibus.*

*Dicimus tamen,* Daris *vel* dare datur: Furis, furit. Deris, *vel* dere detur. Faris, vel fare fatur: Feris, *vel* fere, fetur. *Horum Infinitiui ſunt,* Dari, fare, furere.

## ODI, NOVI, MEMINI.

Hæc tria verba, Odi, Noui, Meminique notentur. Præteritum & præſens, quòd ſignent voce ſub vna.

*Hæc tria verba,* Odi, Noui, Memini, *ſub vna terminatione ſignificant tempus præſens & præteritum, & ſolùm coniugantur in Præterito, & temporibus à Preterito formatis.* Ram, ſſem, Rim, ro, ſſe: *hoc modo.*

*Indicatiuo præſenti, & Præterito perfecto,* Memini, meminiſti, meminit, *&c.*

*Præterito imperfecto, & pluſquàm perfecto,* Memineră, as, at. *Plur. &c.*

*Imperatiuo futuro,* Memento tu. *Et Plur.* Mementote vos.

*Optatiuo,* vtinam Meminerim. is, it. *plur. &c.*

*Et,* vtinam Meminiſſem, es, et, *Plur. &c.*

*Coniunctiuo,* Cum Meminerim, is, it. *plur. &c.*

*Et,* Cum Meminiſſem, es, et. *plur. &c.*

*Et,* Cum Meminero, is, it. *Plur. &c.*

*Infinitiuo,* Meminiſſe *Futuro, Gerundijs, Supinis, &* *participijs caret.*

*Sic duo reliqua coniungantur, niſi quòd careant Imperatiuo: cuius loco dicimus* Oderis, Noueris, *vt &* Memineris, *in quibus* Fac, Volo, *vel* Rogo, *ſubaudiendum putant.*

*Porrò,* Odero, Nouero, Meminero, *ſignificant tam futurum Indicatiui, quàm Coniunctiui.*

*Ab* Odi *eſt participium* Oſus *& hinc* Oſurus. *Et Compoſita,* Exoſus, *&* Peroſus.

Cœpi *verò, quod multi ſuperioribus tribus addiderunt, ſignificat ſolũ tempus præteritum, non præſens. Eſt enim præteritum ab antiquo verbo* Cœpio, *id eſt, incipio.*

*Sed tamen* Cœpi *cõiugatur ſolùm in temporibus à præterito perfecto deriuatis, ſicut ſuperiora,* Cœpi, cœperam, cœperim, cœpiſſem, cœpero, cœpiſſe.

*Supina ſunt,* Cœptum, cœptu.

*Participia,* Cœptus, & cœpturus.

## DE VERBIS IMPERSONALIBVS.

*Defectiuis annumerantur etiam Imperſonalia, quòd certas perſonas non recipiant. Hæc autem vtriuſq; vocis, Actiuæ & Paßiuæ inueniuntur coniugatione.*

*Imperſonalia primæ cõiugationis.* Vacat, Iuuat, Tonat, Fulminat, Statur, Potatur, Pugnatur, Dimicatur.

*Secundæ coniugationis,* Tædet, Placet, Decet, Pertinet, Fletur, Ridetur, Tacetur, Docetur.

*Tertiæ coniugationis,* Accidit, Sufficit, Pluit, Aduesperaſcit, Luditur, Canitur, Legitur, Scribitur.

*Quartæ coniugationis,* Expedit, Euenit, Conuenit, Præterit, Itur, Reditur, Venitur, Dormitur.

*Inflectuntur Imperſonalia per tertias perſonas ſingulares ſed carent, futuris Imperatiui, Supinis, Gerūdijs, & Participijs, Nam* Libens, decens, pœnitens, pœnitendus, pudens, pndendus, pertæſus, *dici poſſunt nomina.*

*Actiuæ vocis Imperſonalia carent etiā Futuris Infinitiui.*

*Imperſonalia omnia formant Præteritum ex Analogia Perſonalium: vt* Iuuat, iuuit. Pœnitet, pœnituit. Contingit, contigit. Expedit, expediuit, *vel* expedijt. *Sic* Potatur, potatum eſt. Sedetur ſeſſum eſt. Legitur, lectum eſt. Itur, itum eſt.

*In quibuſdam poteſt Præteritum efferri dupliciter.* Libuit, & libitum eſt. Licuit, licitum eſt. Placuit, placitum eſt. Piguit, pigitum eſt. Puduit, & puditum eſt. *Sed à* Miſeret *eſt ſolum* Miſertum eſt. *à* Tædet, pertæſum eſt.

*Item* Liquet, dieſcit, luceſcit, adueſperaſcit, *&c. Præteritis carent.*

*Obſeruandum eſt Imperſonalia, fieri Perſonalia, cùm illis præponitur Nominatiuus: vt Virgilius,* Non omnes arbuſta iuuant. *Ouidius* Forma viros neglecta decet. Ne Iupiter quidem placet omnibus. *Manent verò Imperſonalia cùm illis præponitur Infinitiuus, vel Clauſula: vt* Paucos iuuat inuigilare ſtudijs. Decet pueros eſſe verecundos. Fieri poteſt vt fallar.

## *De Præteriti Syncopa.*

Syncopa deminuit de VI formata frequenter.

*Præterita in* VI, *& quæ inde formantur, ſæpè per Syncopen efferuntür: vt* Noſti, *pro* nouiſti. Noram, *pro* noueram. Amaſſe, *pro* amauiſſe, Petijſti, *&* petiſti, *pro* petiui.

tiuiſti. Laceſſiſſet, *pro* laceſſiuiſſet. *Sic.* Abijt, redijt, præterijt, obijt, perijt, interijt.

*Sic.* Adiuiſſe & Sciſſe *Quintilianus elegantius dici putat, quàm* Audiuiſſe, Sciuiſſe

*De imperatiui Apocope.*

In Dic, Duc, Fac, Fer, modis Imperioſus, E triuit.

*Quatuor verba per Apocopen abijciunt* E *in Imperatiuo:* Dico, dic: Duco, duc: Facio, fac: Fero, fer: *pro* Dice, duce face, fere.

*Sic horum compoſita*, Prædic, Adduc, Calefac, Satisfac, Adfer, Aufer, *&c.*

*Sed compoſita, à* Facio, *quæ mutant* A *in* I *in Imperatiuo, manent integra: vt* Confice, perfice, ſuffice, effice, refice. *&c.*

*Placuit hic obiter adijcere quatuor verſiculos de octo figuris Grammaticis.*

Apponit Protheſis capiti; ſed Aphæreſis aufert.

*Protheſis eſt, cùm apponitur aliquid dictionis principio: vt* Gnatus *pro* natus. Pertuli, *pro* tuli.

*Aphæreſis eſt, cùm à principio aufertur aliquid: vt* Temno *pro* contemno.

Syncopa de medio tollit: ſed Epentheſis addit.

*Syncopa eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ in media dictione: vt* Deûm *pro* Deorum.

*Epentheſis eſt interpoſitio litteræ vel ſyllabæ in media dictione: vt* Repperi, *pro* reperi

Aufert Apocope finem: ſed dat paragoge.

*Apocope eſt ablatio litteræ vel ſyllabæ à fine dictionis: vt* Peculi, *pro* peculij, Men, *pro* Mene.

*Paragoge eſt cum fini dictionis aliquid apponitur: vt* Dicier, *pro* dici. Diludier, pro deludi.

Conſtringit Craſis, Diſtracta Diæreſis effert.

*Craſis, quæ & Synereſis, eſt duarum ſyllabarum in vnam contractio, vt* Iniuria Theſei, *pro* Theſei *triſyllabo*. Cogo, *pro* Coago

*Diæreſis eſt vnius ſyllabæ in duas diuiſio. vt* Aulai, *pro* aulæ. *Sic* Suaſit *triſyllabum, pro* Suaſit *diſſyllabo*.

*De duplici Verborum Forma ſeu Specie,*

In geminas ſpecies ſecuerunt verba Latini.

Nam quæ non aliunde cadunt, Perfecta vocarũt.

Quæq́ue aliuude fluunt, hæc Imperfecta habuere.

*Forma ſeu ſpecies verbi nihil eſt aliud quàm verbi Primitiui à Deriuatiuo, differentia quædam ac diſtinctio: qua nimirum verbi origo & formatio cognoſcitur.*

*Hanc autem Verbi formam fecerunt duplicem, Perfectã, ſeu Primitiuam, & imperfectam ſeu Deriuatiuam.*

*Verbum perfectæ formæ dicitur, quòd à nullo deriuatur, vt* Amo, Doceo, Lego, Audio, *&c. Item* Fero, Sum, Volo, Nolo, Malo, *&c.*

*Verbum imperfectæ formæ dicitur, quod aliunde deriuatur: vt* Clamito, Caleſco, Dormiturio.

*Huius ſunt tres ſpecies principales & magis vſurpatæ: Frequentatiua, Inchoatiua, Meditatiua.*

Verbum Iteratiuum. To; *vel* So, deſinit, aut OR.

*Verbum Iteratiuum ſeu Frequentatiuum tres habet Terminationes, videlicet:* To, So, *&* OR. *vt* Potito, Verſo, Aſſentor.

*His addunt Grammatici vnum in* Xo. *finitum:* Noxo, as, are: à Necto, is *Dicitur autem verbũ Frequentatiuum,* quod

*quod frequentem rei alicuius actionem ſignificat: vt* Clamito, *id eſt, frequenter clamo.* Verſo, *id eſt, frequenter verto,* Minitor, *id eſt, frequenter minor.*

*Sunt tamen nonnulla, quæ potiùs conatum ſignificant aut deſiderium: vt* Capto, *id eſt, conor capere.* Dormito, *cupio dormire, ſic* Cœnito, Eſito, *deminutionem potiùs ſignificant quàm iterationem.*

*Omnia frequentatiua ſunt Primæ coniugationis.*

Verbum Inceptiuum quod dicunt, deſinit in *Sco.*

*Omne verbum Inceptiuum, ſeu Inchoatiuum deſinit in* Sco: *vt* Labaſco, Caleſco, Tremiſco, Dormiſco.

*Verbum Inchoatiuum dicitur, quod rem inchoatā augeri et increſcere ſignificat: vnde* caleſcere, *aliud eſt quam* calere. *Hoc enim perfectum quid ſignificat: illud verò ad perfectionē tendere.* Caleſco, *id eſt, incipio, calere, vel fio calidus.*

*Capiuntur tamen multa pro ſuis thematibus, hoc eſt, Perfectis, ac Primitiuis: cuiuſmodi, ſunt.* Deliteſco, pertimeſco, concūpiſco, edormiſco, perſentiſco, euaneſco

*Hæc omnia Tertiæ coniugationis.*

*Obſeruet puer inchoatiua duplicis eſſe generis: Quædam formari à verbis: vt* Labo, labaſco. *à* Caleo, caleſco. *à* Tremo, tremiſco.

*Alia verò à nominibus tum Subſtantiuis, tum Adiectiuis Subſtantiuis:* Igneſco, flammeſco, ſilueſco, herbeſco, dumeſco, gemmaſco, repueraſco. *Item Imperſonalia,* Adueſperaſcit, nocteſcit, luceſcit, dieſcit, *&c.*

*Adiectiuis,* Miteſco, diteſco, dulceſco, ſterileſco, Macreſco, *&c.*

*Porrò Inchoatiua omnia proprio carent Præterito, quia vt ait Soſipater, quod inchoatum eſt, non eſt perfectum.*

*Cæterùm*

*Cæterum quæ à verbis deriuantur, Præteritum ſæpè mutuantur à ſuis Primitiuis: vt* Caleſco, calui, *à* Caleo. *Sic* Euaneſco, euanui. Erubeſco, erubui. Extimeſco, extimui. Obmuteſco, obmutui. Refrigeſco, refrixi. Exardeſco, exarſi. Adoleſco, adoleui. Exoleſco, exoleui, *&c.*

*Quæ verò à Nominibus formantur, non poſſunt aliundè Præteritum mutuari: vt à* Puer, repueraſco. *à* Flamma. flammeſco *à* Vilis, vileſco *à* Macer, macreſco.

*Quòd ſi quæ Præteritum proprium habuerint, argumento eſt, ea non eſſe Inchoatiua, ſed inchoatiuis tantùm ſimilia: vt* Compeſco, compeſcui. Paſco, paui. Quieſco, quieui. Sueſco, ſueui, *cum compoſitis.*

Poſtremo Meditans Reo finit. Finis & eſto.

*Meditatiuum verbum ſemper exit in* Rio. *vt* Dormiturio. *Dicitur autem verbum Meditatiuum, quod multam alius rei meditationem, & affectum ſeu voluntatem ſignificat: vt* Eſurio, *id eſt, cupio edere, verbum eſt Meditatiuum: Qui enim eſurit, nihil aliud quàm cibum meditatur. Sic* Cænaturio, lecturio, dormiturio.

*Sunt hæc omnia Quartæ coniugationis, & carent Præteritis, præter* Eſurio, *quod videtur habuiſſe* Eſuriui, Eſuritum. *vnde apud Terentium Participiū* Eſuriturus, Nos, *inquit* eſurituras ſatis, *Huic addunt Grāmatici*, Nupturio, nupturiui. Parturio, parturiui: *quibus tutius licebit vti, cum apud probatos ſcriptores legerimus.*

*Obſeruandum in his Deriuatiuis non licere nobis formare noua: ſed vtendū nobis eſſe ijs quæ à veteribus ſunt vſurpata. atq; ob eā cauſam horum omnium formationem, vt pueris nō ſtatim cognitu neceſſariū reiecim9 ad ſubiectas Annotationes*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0199-4

## ANNOTATIONES.

Frequentatiua *verba non omnia formantur eodem modo.*

I, *Quæ formantur à verbis Primæ coniugationis, mutant ſupinum* atum *in* ito.*vt* Clamo,atum,ito. *Sic* Rogo, vocito, imperito, volito,*&c.*

II. *Quæ formantur ab aliarum coniunctionum verbis, eorum quædam mutant* um *in* ito:*vt* Hæreo,hæſum,hæſito,Lego,lectum, lectito Facio,factum,factito.*Sic* Actito,cantito,curſito.

III. *Alia mutant um in* O:*vt* Pello, pulſum, pulſo. *Sic* Curſo, Merſo,Salto,*Sic* Nexo,as,are,*à* Necto,is.

IIII. *Alia denique tertiæ perſonæ præſentis Indicatiui addunt litteram* O.*vt* Ago,agit,agito,Fugio,fugit,fugito Cogito, Quæito, No,nat,nato.

*A verbis in* Or,*formantur etiam frequentatiua in* Or: *vt* Minor, minatum,minitor,Tueor,tutum,tuitor.Polliceor,pollicitũ, pollicitor.Amplector, amplexum, amplexor, aris. *Quæ ab his regulis fortaßis aberrant,vſu diſcentur.*

Inchoatiua, *quæ & Inceptiua & intenſiua, omnia formantur à ſecunda perſona præſentis Indicatiui,addendo* Sco,*vt* Labeo,labas, *hinc* labaſco.*Sic* Horteſco,tremiſco, dormiſco *Excipitur* Hiſco ab Hio,hias,*pro* hiaſco,*quod in vſu non eſt.*

*Cæterum quæ à nominibus formantur,non habent certam formationis regulam:vt* Herbeſco, Silueſco, Dumeſco, Repueraſco. *Sic nec Impersonalia,* Adueſperaſcit, Luceſcit,Dieſcit,Nocteſcit, *&c quæ ſignificatione intelligimus eſſe Inchoatiua.*

*Naſcuntur ferè Inchoatiua à Neutris ſeu paßiuis,vel innatæ actionis:nulla;verò à Neutris tranſitiuis,vt ſunt* Careo,debeo,egeo,abundo.

*Ab Actiuis verò pauca:vt* Augeſco, integraſco.

*Omnia ponuntur obſolutè, exceptis quatuor, quæ capiuntur pro ſuis Perfectis ſeu Primitiuis:vt* Edormiſco,Pertimeſco, Perſentiſco, Concupiſco:*quæ Accuſatiuum poſt ſe recipiunt.*

Meditatiua *formantur omnia à Supino in* V, *addendo* Rio: *vt* Cœno,cœnatu, cœnaturio. *Sic*, Eſurio, Lecturio, Dicturio, Dormiturio.

*Obſeruandum verò quod hæc verba litteram* V. Corripiunt: *vt*

Eſu-

Eſurio, eſuris, eſurit, *media breui, Vnde* Scaturio, Abligurio, *& ſi quæ ſunt id genus alia, Meditatiua dici non poſſunt, quod* V *litteram producant.*

*Atque hæ ſunt tres verborum Imperfectorum ſeu Deriuatorum formæ, vel ſpecies principales & magis vſurpatæ.*

*Sunt alioqui & aliæ non nullæ eorundem ſpecies ſed minus frequenter vſurpatæ, cuiuſmodi ſunt.*

I. Verba Imitatiua, *quæ ſcilicet ſui Thematis imitationem ſignificant: vt* Patriſſo, *id eſt, patrem imitor.*

*Hæc deſinunt in* SSO, *vel* zo *ſunt enim Græcè Originis: vt* Atticiſſo, Græciſſo, Cretizo, Platonizo.

*Sed Latini vitantes Græciſmum, hæc frequenter extulerunt per* Or, *vt* Bachor, Græcor, Poëtor, Philoſophor, *&c. Sũt hæc omnia Primæ coniugationis.*

II. Verba Diminutiua, *ſeu potiùs Diminuta dicuntur, quæ thematis ſui ſignificationem minuunt: vt* Sorbileo, *id eſt modicè & paulatim ſorbeo, ſic* Cantillo, Scintillo,

*Huius etiam formæ videntur eſſe nonnulla in* Co: *vt* Vellico, Fodico, Mutrico, *Quæ ſignificatione Frequentatiuis non multum diſsimilia ſunt.*

*His adde,* Albico, Caldico, Nigrico, *quæ alijs vocantur Apparatiua, quod per Adiectiuum & verbum Appareo exponantur: vt* Albico, *id eſt, albus appareo.*

*Sunt hæc omnia Primæ coniugationis.*

III. *Addiderunt aliqui his duabus formis imperfectis etiam tertiam quam appellant* Deſideratiuam, *cuius formæ hæc eſſe aiunt:* Accerſo, arceſſo, capeſſo, faceſſo, laceſſo, *quæ omnia ſunt tertiæ coniugationis.*

*Eſt apud Lucretium etiam verbum* Peteſſo, *vt apud Terentium* Piriſſo, *quod eſt quaſi tentandi gratia parum bibo, vt potiùs deminutionem quàm deſiderium ſignifiacre videatur.*

FINIS.

Buchananus

~~[illegible]~~

Horatius

Gram. Metzleri

Ovidii opera.

Rethorica et Dialectica Rami

Muretus.

Terentius

~~Pastus~~ Historia sacra

De verbis duos habentib. dativos.

Quibusdam verbis gemini dativi adduntur, quorum alter personam, alter commodum aut incommodum significat, ut: est mihi lucro. [illegible] Sed hic varie quidam efferunt, ut: [illegible] esse, et esse in [illegible]. Moræ esse, et esse in mora.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0205-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0207-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0208-6

46 4/K 7 1

ULB Halle 3
004 830 024

VD17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0211-3

ὁ φεύγων μαστεύεται
Fugiens fugatur.
Νενικωσαντος ἀ...

Imperativus non est in versu, pro
ponitur ejus loco participium
ejusdem temporis et numeri
genitivo.

Ordo Lectionum privatarum

Mer. { Dialecticam. Dialectic.

Omnia cum

Mi. { Grammaticam Mag. Gr.

Rhetoricam.

Grammaticam Latinam.

πανολογία

Amplexenecio omnium

ἢ καλὸς ἢ πονηρός



Domine stes securus
Hostes tui suaviter
intrabunt et domui tua
per subjicientes

ἀμφοτερίζειν duob. sellis nitt.

Ἀλλοπρόσαλλος qualecunque.

ἢ καλὸς ἢ πονηρός

Ogni un per se, et Dio per tutti.

Previs ante brevem sortitur accentu in prima.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0214-9

Nouæ Grammatices

DESPAVTERIANAE

# ETYMOLO-GIA AD FACILIO-REM QVAM PRIVS IAM DENVO REDACTA METHODVM EXPLI-catur:

*Opera*

SIMONIS VERREPAEI.

*Adiuncta interpretatione Germanica eorum vocabulorum quæ vſui puerili magis conueniunt.*




COLONIAE,
EXCVDEBAT HERMANNVS HOBERG.
Anno M. D. LXXXXVIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-108054-p0215-5